

Giangrisostomo Tovazzi

FAMILIARIUM TRIDENTINUM

Trento, S. Bernardino
1790-1805

Prefazione del trascrittore

Mi permetto di offrire il testo del manoscritto numero 30¹ del P. Giangrisotomo Tovazzi intitolato *Familiarium tridentinum*, incominciato il 6 maggio 1790 e terminato all'inizio del 1806. La morte dell'autore, sopravvenuta il 5 marzo 1806, interruppe questo prezioso lavoro all'inizio del 1806. Che vi abbia lavorato anche all'inizio del 1806 appare da quanto dice nel numero 37 del capitolo 71, ultimo dell'opera, che tratta del cognome Migazzi: "Anno 1700 vixit Pater Vincentius Migatius Iesuita, cuius effigiem vidi in palatio Comitum Migationum Tridenti. Is praefuit fabricae Collegii, et ecclesiae Iesuitarum Tridenti, quae anno 1773 data fuit Seminario episcopali, **et hoc anno 1806** clausa manet, militibus in Collegio morantibus".

Nel numero 66 del capo 71 accenna ad un'opera del Cardinale Cristoforo Migazzi arcivescovo di Vienna e aggiunge: "De aliis eiusdem scriptis, *vita comite*, dicam alibi. Intendeva scrivere un articolo su questo scrittore nella sua *Biblioteca Tirolese*; ma la morte non glielo permise.

NB. Su segnalazione dello stesso Tovazzi, le notizie sono riportate nel loro testo originale; per questo non si debbono considerare errori le variazioni che si riscontrano nella grafia dei cognomi e delle frasi riportate come le trovò nei documenti consultati...
exempli gratia: Scarpionus, Scorpionus, Scorpion, Scorpioni ecc. Ciurletta, Zurleta, Ciurletti ecc. Bertolazzi, Bortolazzi ecc.

¹ Trento, Biblioteca San Bernardino MS 30.

NOTANDA

1. “Eae familiae et sunt, et merito habentur antiquissimae, quae suum nomen ad quatuor, aut quinque saecula sursum ducere, ac probare possunt, ex publicis eorum, de quibus agitur, temporum documentis”. Ita Daniel Papebrochius Bollandianus celeberrimus in Propylaeo antiquario To. 2, april. n. 25.
2. “Pochissime sono le Case (senza né pur trarne le più nominate d’Europa) le quali, depurate che sieno le lor genealogie, arrivino a concludentemente mostrare l’antichità di questi otto secoli”. Ludovicus Antonius Muratorius Mutinensis in Praefatione *alle Antichità Estensi*.
3. “L’uomo non nasce nobile, ma per la virtù si fa nobile”. Urbanus quartus Papa Gallus ad an. 1262.
4. “Nobilitas sine divitiis sordescit”. Guillelmus apud Barbosam Appellativo 164.
5. “Si pater est Adam, et mater est omnibus Eva, Cur non sunt omnes nobilitate pares?... miserum est alienae incumbere famae”.
6. “La vera nobiltà è esser servo di Cristo”. F. Cornelius Mussus Placentinus Ordinis Minorim episcopus Bituntinus in quadam sua concione typis edita cum aliis.
7. “Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus: nemo in nostram gloriam vixit: nec quod ante nos fuit, nostrum est”. Seneca Epist. 44.
8. “La vera nobiltà prende la sua forma, e chiarezza non dal sangue, e dalla carne, ma dalla virtù dell’anima”. Anonymus apud Baronium ad an. 600.
9. “Vera nobilitas non subsistit ex divitiis, sed cognoscitur in moribus”. S. Gaudentius episcopus Brixiensis serm. 15 de Machabaeis martyribus.
10. “Nobiles, et boni sunt pauci”. Aristoteles L. 5 Polit.
11. “Utile est civitatibus, ut se viri fortes, etiamsi falsum sit, ex Diis genitos esse credant, ut eo modo animus humanus, velut divinae stirpis fiduciam gerens, res magnas aggrediendas praesumat audacius, agat vehementius, et ab hoc impleat ipsa facultate felicius”. Ita Varro apud Io. Baptistam Hoferum in Eclipsi rationis humanae L. 1, c. 17, pag. 103.

Caput primum²

De familia Gentilotta

1. Matthaëus filius quondam Ioannini Zentilotti de Santicolo Vallis Camonicae habitator Tridenti anno 1551, ex nostro Spicilegio Cazuffiano num. 255. Porro Santicolum est locus parochialis dioecesis Brixienensis, a Brixia distans 67 Passuum Millia, uti habet il *Sole di Brescia* per l'anno 1773, pag. 76, vel 57 P.M. quemadmodum innuit il *Diario Bresciano* per l'anno 1786, pag. 112, ubi additur, habitatores eius tunc fuisse num. 246. Sic etiam *Diarium Brix.* 1793, pag. 111: habitatores 246, distant. 57³.

2. Matthaëus Gentilottus civis, et habitator Tridenti anno 1559, ex citato Spicilegio num. 493.

3. Familia Gentilotta recensetur inter antiquiores civicas Tridenti in matricula civium Tridenti anno 1572 renovata.

4. Eadem familia hospitium dedit Cornelio Musso Placentino, Minoritae conventuali, ac episcopo Bituntino, scriptorique illustri, tempore sacrosancti Concilii Tridentini, cui ab anno 1545 interfuit⁴. Hinc eius effigiem adhuc servat in sua Pinacotheca, quam et ego multoties vidi in aedibus baronis Ioannis Baptistae in Contrata s. Petri sitis⁵.

5. Cornelius Gentilottus doctor fuit secundus consul Tridenti anno 1574, 1587 ac 1591. Obiit Tridenti anno 1595. Filius fuit quondam Matthaëi anno 1582 ex rogitis Turati.

6. Polyxena soror doctoris Zentilotti, et vidua domini Ioannis Laurentii de Pontem vixit Tridenti anno 15873, ex meo *Chronic. Trinit.* cap. 18, num. 241.

7. Dominus Augustinus Zentilottus civis Tridenti vixit anno 1637 ex citato *Chron. Trinit.* cap. 5, num. 189.

8. R. mus dominus canonicus Zentilottus vixit anno 1637, ex citato *Chron. Trinit.* cap. 5, num. 171.

9. Doctor Zentilottus plebanus Roncegni anno 1604, ex cit. *Chron.* cap. 39, num. 9. Fuit Ioannes Franciscus.

10. Illustris dominus Augustinus Gentilottus civis Tridenti anno 1642. Obiit ante an. 1667⁶.

11. Ioannes Gentilottus Tridentinus, plurimis annis etiam in Polonia militavit, fortiterque, ac strenue se gessit, ut rei militaris praefecturam non sine laude obierit, prout testatur Rodolphus II, Rom. Imp. in literis ad Sigismundum tertium Poloniae regem datis in arce regia Pragae die ultimo maii 1592, quibus eundem Gentilottum praefato regi commendavit. Leguntur inter *Literas Procerum Europae* parte 3, pag. 1092, ac seqq. exemplumque ipsarum manu scriptum vidi et ego. Recusa legitur nelle *Memorie di Civezzano* edit 2, Trid. 1790, pag. 157⁷.

² Inchoatum Tridenti die sexta maii anno 1790.

³ Anno 1545 vixit Matthaëus quondam Ioannini de Villa Ossanae Vallis Solis habitator Tridenti. Ego puto, quod Matthaëus relicto Santicolo venerit Ossanam, et tandem Tridentum. Anno 1533 magister Mathaëus de Santiculo murator, et habitator Tridenti.

⁴ Anno 1543 dominus Cornelius Gentilottus.

⁵ Anno 1545 magister Mathaëus murator de Zentilinis de Sancto Vido Vallis Camonicae murator Tridenti, testis.

⁶ Anno 1633 il nobile sig. Agostino Gentilotti genero del nobile e clarissimo sig. dot. Gieronimo Gratiadei.

⁷ Zoan Zentilotto da Trento li 24 di zugno 1560 come soldato fu in Vienna col capitano Tabarello di Trento.

12. Ioannes Benedictus Gentilottus doctor fuit massarius hospitalis sanctae Barbarae Tridenti anno 1646; consul civitatis Tridenti anno 1648, 1655, 1663; consul primarius anno 1670, et 1671. Obiit Tridenti die 18 aprilis 1687: ex meo Necrologio universali num. 350.

13. Ioannes Baptista Gentilottus filius Ioannis Benedicti doctor et poeta fuit consul Tridenti anno 1669⁸; assessor Clesii ab anno 1684 usque ad an. 1688. Iterum consul Tridenti an. 1692. Deinde an. 1699 consiliarius aulicus Tridenti et orator apud aulam caesaream Viennae. Uxorem habuit baronissam Caeciliam Lehneram, ex qua genuit Ioannem Benedictum electum episcopum Tridenti de quo infra. Eundem pluribus laudavi in manuscripta Bibliotheca tirolensi verbo *Gentilotti*.

14. Ioannes Franciscus Gentilottus consul Tridenti an. 1693 ac 1694. Filius quondam illustris domini Augustini, ac frater illustris, et reverendi domini Ioannis Cornelii anno 1667⁹.

15. Ioannes Franciscus Gentilottus eques Tridenti anno 1694 Salisburgi in Collegio Lodronico-Mariano publice defendit Tractatum iuridicum magistri sui P. Roberti König Benedictini. Anno 1701 praenobilis dominus Ioannes Franciscus Gentilot ab Engelsbrunn, Ordinis Equestris tridentinus, iuris utriusque candidatus approbatus, defendit theses canonicas Salisburgi sub praesidio laudati P. Roberti König. Anno 1729 eidem excellentissimo domino domino Ioanni Francisco Gentilott ab Engelsbrunn, ex cancellario aulico salisburgensi a sacra caesarea maiestate in Sanctius concilium oenipontanum nuper adscito librum dicavit Mattaheus Brandl ss. canonum doctor, et Vicarius in Grödig, Anif, et Nideralm prope Salisburgum¹⁰.

16. Idem Ioannes Franciscus fuit consiliarius arcanus, et vicecancellarius Austriae Superioris Oeniponti an. 1734, primus baro Gentilottus, obiitque Tridenti post annum 1751¹¹.

17. Perillustris, ac generosissimo domino domino Ioanni Benedicto Gentilott ab Engelsbrunn equiti tridentino, sacrae caesareae maiestatis consiliario, et bibliothecae praefecto anno 1711, dicavit librum Bartholomaeus Christianus Richardus bibliothecarius in Academia Salzensi ducale Saxoniae.

18. In ecclesia S.P.N. Francisci Patrum Minorum Conventualium extra muros Tridenti, inque ipsius presbyterio est sepulchrum cum hac inscriptione: *Nob. Familiae Gentilottae*.

19. Ioannes Cornelius Gentilottus capitaneus regiminis principis Eugenii Sabaudi obiit in bello contra turcas apud Taurunum, seu Belgradum in Hungariae finibus die 16 augusti anno 1717.

20. Ioannes Benedictus Gentilottus ab Engelsbrunn fuit cancellarius salisburgensis anno 1703; praefectus bibliothecae caesariae vindobonensis an. 1706; auditor Rotae romanae anno 1723, electus episcopus, et princeps Tridenti anno 1725. Obiit Romae anno eodem 1725 die 20 septembris aetatis an. 54.

⁸ Anno 1677 excellens advocatus fiscalis Tridenti Ioannes Baptista Gentilottus.

⁹ Anno 1579 excellens legum doctor d. Cornelius Gentilottus procurator fiscalis Tridenti. Anno circiter 1594 clarissimus dominus Cornelius Gentilottus fuit Locumtenens Praeturae Tridenti. An. 1580, 1581, 1582, 1583, 1584 l'ecellente sig. dottor Cornelio Gentilotti a Santo Pietro in Trento.

¹⁰ Anno 1669 praenobilis et excellentissimus dominus Ioannes Benedictus Gentilottus minister Confraternitatis Misericordiae Orphanarum Tridenti.

¹¹ Anno 1632 perillustris et R.mus dominus Ioannes Franciscus Gentilottus Praepositus in Theinoch, et Bolschemmorch, ac nobilis dominus Augustinus Gentilottus eius frater.

21. Ioannes Benedictus Gentilottus praedictus fuit secretarius Comitis Georgii Adami Martinitii pro-regis neapolitani anno 1707; canonicus Tridenti ab an. 1722. Fuit rudimentista Tridenti anno 1680.

22. Idem multos libros scripsit, et ex iis plures etiam typis evulgavit. Filius fuit Ioannis Baptistae. Laudatur in pluribus epistolis Apostoli Zeni veneti typis editis.

23. Ioannes Bernardinus Gentilottus, patruus praecedentis Ioannis Benedicti, canonicus Tridenti ab anno 1712. Decanus Collegiatae Linciensis anno 1725. Resignavit canonicatum in favorem dicti sui nepotis anno 1722.

24. Ioannes Iosephus Gentilottus frater praefati Ioannis Benedicti, factus est canonicus Tridenti tamquam familiaris austriacus anno 1730. Decessit anno 1739.

25. Ioannes Franciscus Gentilottus, laudati Ioannis Benedicti propatruus, Praepositus infulatus in Wolchenmarch¹², et archidiaconus Carinthiae anno 1622, canonicus Tridenti ab anno 1631, consiliarius, et visitator generalis archiepiscopi salisburgensis, iuris utriusque doctor, ac vir antiquae probitatis, et virtutis. Obiit Tridenti calendis martii anno 1640, aetatis suae 66, ac sepultus est in ecclesia cathedrali cum epitaphio, quod retuli in Catalogo edito canonicorum Trid. vol. 4 Monum. Eccl. Trid. pag. 312. Idem fuit Prior s. Martini Castruciae in Primerio an. 1618; plebanus Roncegni.

26. Ioannes Baptista S.R.I. baro Gentilottus ab Engelsbrunn, baronis Ioannis Francisci filius, fuit consul Tridenti an. 1744, 1748, 1752, 1756¹³; archiconsul annis 1764, 1765, 1770. Obiit Tridenti die 28 februarii anno 1787 aetatis 69, ac sepultus est in ecclesia S.P.N. Francisci. Superest eius uxor baronissa Catharina cognomento Siciliana tridentina. Ego fui ultimus eius confessarius. Catharinam affinem suam duxit permittente Papa Benedicto XIV, quem oretenus exoneravit¹⁴.

27. Ioannes Benedictus liber baro Gentilottus ab Engelsbrunn, praecedentis frater, natus Oeniponti die undecima februarii anno 1734 est canonicus tridentinus ab anno 1756, quo possessionem accepit die 12 aprilis. Recensendus inter scriptores.

28. Ioannes Baptista Gentilottus, doctoris Cornelii filius, medicus in Weserburg, deinde archiducis Leopoldi, ac tandem Provinciae Stiriae, atque Goritiae, ac frater Ioannis Francisci archidiconi Carinthiae. Leopoldus archidux Austriae, ac Tirlolis Comes obiit anno 1632. *Weissenburg* dicitur oppidum Bavariae¹⁵.

29. Ioannes Bernardinus Gentilottus ab Engelsbrunn consiliarius aulicus Tridenti, ac I.U.D. obiit Tridenti die nona aprilis anno 1752. Fuit assessor Clesii an. 1715-1719, 1721, ac frater Praelati Ioannis Benedicti. Uxor eius fuit Alberta de Enno.

30. Ioannes Baptista Gentilottus eques, Ioannis Bernardini filius, I.U.D. fuit assessor Clesii anno 1742 et 1744. Dein consiliarius aulicus Tridenti, et nunc ab anno 1764 cancellarius aulicus Tridenti. Idem anno 1737 fui commisarius iurisdictionis perginensis. Deinde assessor Clesii. Vidi fidem baptismalem ab eo mihi exhibitam¹⁶. Uxorem habuit sterilem natam anno 1709 Luciam f. q. Comitis Iacobi Antonii Bortolatii tridentini. Habet 80 annos, quae obiit Tridenti hac die quinta iulii 1792 aetatis 84¹⁷.

¹² Anno 1635 perillustris, et R.mus dominus Ioannes Franciscus Gentilottus Praepositus in Wolchenmarcht, et canonicus Tridenti.

¹³ Hic fuit physicae studiosus Oeniponti anno 1733, ubi theses defendit, quas dicavit Angelo Tutelari familiae Gentilottae patrono singulari.

¹⁴ Catharina obiit Tridenti anno isto 1798 die 24 martii aetatis anno 75, et sic desiit omnino gens Siciliana Tridenti.

¹⁵ Anno 1703 il molt'illustre, e clarissimo sig. Gio. Battista Gentilotti consigliere.

¹⁶ Natus anno 1711 die sexta martii prout ipse mihi dixit, baptizatus die 8 Pergini.

¹⁷ Idem Ioannes Baptista cancellarius actualis aetatis an. 82, Iosepham f.q. Comitis Antonii Trilaci duxit in uxorem hoc anno 1792. Publicatio una pro tribus facta fuit in ecclesiis cathedrali, et s. Petri hoc

31. Ioannes Philippus Gentilottus notarius collegiatus Tridenti anno 1738. Quidam Ioannes Philippus Gentilottus anno 1680 fuit grammaticus Tridenti apud PP. Iesuitas.

32. Caecilia Gentilotta filia quondam nobilis domini Ioannis Cornelii Gentilotti de Seregnano decessit Civezani coelebs die 3 februarii anno 1767 aetatis suae 54.

33. Ioannes Franciscus Gentilottus notarius collegiatus Tridenti anno 1741 et 1790.

34. Ioannes Cornelius Gentilottus de Seregnano protonotarius apostolicus, parochus Alae, atque ab anno 1681 usque ad an. 1701 quo resignavit, Civezani. Obiit Tridenti die quinta septembris 1707.

35. Ioannes Philippus Gentilottus, Ioannis Cornelii nepos, fuit archipresbyter Civezani ab anno 1701. Resignavit anno 1731 et obiit Civezani die 26 maii anno 1740 aetatis 77.

36. Maria Anna filia unica, et haeres baronis Ioannis Baptistae Gentilotti, uxorque baronis Sigismundi Trentini de Wolgersfeld, obiit Tridenti die primo novembris anno 1780 aetatis suae 37, ac sepulta est in ecclesia parochiali s. Petri.

37. Maria Iosepha soror praedicti baronis Ioannis Baptistae, uxorque ab anno 1753 nobilis Iosephi Gaudenti, vivit nunc vidua, e mater baronum de Gaudento. Nata est Oeniponti anno 1729 die 24 octobris et obiit Tridenti die quinta aprilis 1799.

38. Teresia eiusdem Mariae Iosephae soror vivit uxor nobilis Ioannis Baptistae Sardanae de Hohenstein, haeredit Tessarii civis tridentini. Nata est Oeniponti anno 1728.

39. Benedicta Gentilotta, soror Iosephae, ac Teresiae, orta Oeniponti, est monialis Ursulina Tridenti ab anno circiter 1742. Suam secundam professionem quinquagenariam emisit die 21 octobris 1793.

40. Caecilia Gentilotta, soror equitis et cancellarii Ioannis Baptistae, uxorque nobilis domini Francisci Cribelli de Creuzberg, ac mater Antonii nunc 1790 iterato archiconsulis Tridenti, et Iosephi, et quondam Hieronymi episcopi Nepesini, et Sutri. Obiit vidua Tridenti die 20 nov. 1784, aetatis circiter 80 sepulta in cathedrali apud virum suum.

41. Perillustris et clarissimus dominus Ioannes Baptista Gentilottus consiliarius excelsae tridentinae Superioritatis anno 1699.

42. Monsig. Gio. Benedetto Gentilotti, uno de' maggiori ornamenti della città di Trento all'anno 1717. Sic Hieronymus Tartarottus nell'*Apologia delle Mem. Ant.* stampata l'anno 1758, p. 13.

43. Ioannes Bernardinus Gentilottus die 4 iunii 1721 epistolam suam munivit hoc sigillo:

die dominico 7 octobris. Matrimonium autem per verba de praesenti contractum fuit die mercurii 10 octobris 1792 in aedibus sponsae apud cathedralem annos aet. 26 habentis. Resignavit sponte consiliarium, et cancellarium anno 1792 exeunte decembri. Iterum cancellarium sibi oblatum hoc anno 1795 recusavit. Hoc anno 1798 die 12 aprilis habet an. aet. 87 completos. Natus est anno 1711 die sexta martii Pergini. Obiit die dominico 10 maii 1801, aetat. 91 sive an. 90, mens. 2, dies 4. Vidua Iosepha die 4 augusti 1803 nupsit Laurentio Mariae Valentinio de Weinfeld Callianensi viduo.



Sigillo della famiglia Gentilotti. Trento, Biblioteca San Bernardino, ms. 30, p. 16

44. Nobilis domina Catharina Guarinona uxor quondam magnifici, et excellentis I.U.D. domini Cornelii Gentilotti circa an. 1607.

CAPUT SECUNDUM

De familia Alberta Poya

1. Spectabilis dominus Bartholomaeus notarius de Poia de Albertis nunc Vicarius Stenici anno 1566, ex nostro Spicilegio Cazuffiano num. 475. Anno 1534 vixit Antonius filius Adami de Albertis de Polia Vallis Iudicariarum tridentinae dioecesis: dictus anno 1571 Antonius de Adamis de Pulia Vallis Iudicariarum in libro Baptizatorum ecclesiae parochialis Cavedinensis, ubi ceu patrinus occurrit.

2. Excellens Iuris Utriusque Doctor dominus Alberthus filius spectabilis domini Bartholomaei notarii de Poia de Albertis Vicarii nunc Stenici, civis et habitator Tridenti anno 1566, ex citato Spicilegio, ibi¹⁸.

3. Celsissimus, ac R.mus dominus dominus Franciscus de Albertis episcopus princepsque tridentinus anno 1680. Fuit ex Albertis de Poya.

4. Franciscus Antonius de Albertis cancellarius celsissimi, ac R.mi domini domini Ioseph Victorii episcopi ac principis Trid. Comitis a Spaur an. 1698, et 1722¹⁹.

6. Ioannes Baptista de Albertis cancellarius celsissimi, ac R.mi domini domini Francisci Felicis Comitis de Albertis anno 1759.

7. Excellens doctor dominus Albertus de Albertis habitator Tridenti in Contrata Sanctae Mariae Maioris anno 1566.

8. Perillustris, et R.mus dominus Franciscus de Albertis canonicus praebendatus cathedralis ecclesiae s. Vigili Tridenti anno 1654.

9. Magister Ioannes Albertus velutarius Tridenti possessor extra portam Sanctae Crucis apud quemdam hortum anno 1579 die 25 maii. Sed an fuerit ex Albertis de Poya nescio. Certe ii nunc sunt possessores extra dictam portam.

10. Magister Bernardus filius quondam Nassimbeni de Albertis de Poia plebis Lomassii vallis Iudicariarum vegetarius Tridenti anno 1581 die 10 aprilis. Obiit ante annum 1615, nam anno 1614 die mercurii 30 iulii dictus fuit *quondam magister Bernardus*.

¹⁸ Anno 1594 dominus Bartholomaeus de Albertis.

¹⁹ Anno 1680 Antonius de Albertis Canonicus Regularis ad s. Michaellem Athesinum, fuit curatus Avisii.

11. Magister Omnebonus de Albertis vegetarius, et civis tridentinus, filius et haeres quondam magistri Bernardi filii quondam Nassimbeni de Albertis de Poia vegetarii Tridenti anno 1614 die 30 iulii. Porro etsi titulus *vegetarii* non sit in Glossario Cangiano, ego censeo, quod indicet artificem illum, qui a nostratibus dicitur *bottaio*; nam *veges* vas vinarium significat, italis *veggia*, *botte*²⁰.

12. Il molto illustre, e clarissimo signor Francesco Antonio Alberti di Trento anno 1681.

13. Franciscus Antonius de Albertis cancellarius episcoporum principumque tridentinorum Francisci patris sui, Iosephi Victorii de Albertis de Enno, et Ioannis Michaelis Comitum de Spaur, scriptorque vitae laudati Francisci, obiit Tridenti dei 24 novembris anno 1722, aetatis suae 78. Vide nostram manuscriptam Biblioth. Tirolensem verbo *Alberti*. Uxor eius fuit Bonella cavalesiensis.

14. Ioannes Baptista Antonius de Albertis de Poia eques filius praecedentis Francisci Antonii, fuit cancellarius episcoporum ac principum tridentinorum annis quadragintaduobus, sicuti eius genitor, obiitque Tridenti die 12 maii anno 1764 apud s. Margaritam²¹. Fuit capitaneus Pergini ab anno 1716.

15. Franciscus Antonius Philippus de Albertis de Poia, filius Ioannis Baptistae, natus Tridenti die 2 augusti 1714, factus est canonicus tridentinus die 18 dec. 1748, et S.R.I. Comes cum fratribus suis Antonio, et Vigilio Alberto anno 1774. Suffraganeus autem Tridenti destinatus est anno 1776, sed nondum hoc anno 1790 consecrationem impetrare valuit, contradicente Papa Pio sexto. Hinc anno 1797 alius factus fuit Suffraganeus. Vide cit. Bibl. Tirol. Anno 1794 factus est summus scholasticus tridentinus. Anno autem 1801 die dom. 13 decembris in lecto inventus fuit exanimis.

16. Albertus de Albertis, tridentinus legum doctor, fuit Praetor Roboreti anno 1555; consul primarius Tridenti annis 1558, 1562, 1567 ac 1579. In Albo civium tridentinorum reformato anno 1572, inter cives recensetur *l'eccellente messer Alberto di Alberti per esser stato due volte di Consiglio*. Idem anno 1573 dictus fuit excellens legum doctor dominus Albertus de Albertis civis Tridenti. Laudatur ceu scriptor ab I.C. Iacobo Menochio, necnon ab Aloysio Ronero. Videsis cit. Bibliothecam²².

17. Albertus Vigilius de Albertis de Poia S.R.I. Comes est consiliarius, et vice cancellarius aulicus Tridenti etiam hoc anno 1790. Antea fuit Praetor Ripae ab anno 1768. Uxorem habet Teresiam filiam quondam equitis Hieronymi Malfatti de Thiesfeld consiliarii aulici Tridenti. Natus est patre Ioanne Baptista cancellario²³.

18. Bonaventura de Albertis doctor fuit consul Tridenti anno 1600. Consul primarius anno 1605 et 1612. Uxor eius vidua anno 1616 domina Marina²⁴.

²⁰ In Instructione adm. RR. capellanorum Domus Dei Tridenti scripta anno 1721 est, quod debent omni anno dicere nove Messe all'anno per Ogniben pinter, o sii Alberti. – Anno 1642 Bernardinus de Albertis de Poia plebis Lomasii Iudicariarum, hortulanus, et habitator Tridenti.

²¹ Ioannes Baptista Antonius de Albertis cancellarius aulicus Tridenti anno 1747.

²² Anno 1587 magnificus Utriusque Iuris Doctor dominus Albertus de Albertis massarius ill.mi, et R.mi domini cardinalis, et principis Tridenti.

²³ Anno 1635 nobilis et excellens legum doctor dominus Ioannes Baptista de Albertis civis Tridenti habitator in Vico s. Mariae Maioris.

²⁴ Anno 1618 nobilis domina Marina relicta quondam nobilis, et excellentis legum doctoris domini Bonaventurae de Albertis, alias civis Tridenti tutrix et curatrix filiorum suorum. – Anno 1617 haeredes quondam excellentis doctoris domini Bonaventurae de Albertis possessores Pissavacae. – Anno 1639 de 4 iulii Tridenti sepulta fuit la sig. Marina Alberta ministra delle Orfanelle.

19. Ioannes Baptista de Albertis filius doctoris Manfredi, fuit consul Tridenti anno 1622, simul etiam legum doctor, vivens etiam anno 1646, dictus D.^f Gio. Battista Alberti capitaneus Ivani ad an. 1635.

20. Franciscus Bonaventura de Albertis de Albertis consul Tridenti anno 1716, 1720.

21. Franciscus de Albertis consul Tridenti an. 1730, et 1737. Consul primarius anno 1743, ac 1744.

22. Antonius de Albertis de Poia consul Tridenti an. 1748.

23. Franciscus Antonius de Albertis de Poia fuit consul primarius an. 1749, et 1750.

24. Antonius de Albertis consul Tridenti anno 1762, et 1763, et 1771. Filius fuit Ioannis Baptistae. Obiit anno 1797 die 17 ianuarii ac sepultus est die 18 post vespers sine nobis.

25. Antonius Clemens S.R.I. Comes de Albertis de Poia consul primarius, sive archocnsul Tridenti an. 1775, ac 1776. Vivit Tridenti apud s. Margaritam. Idem est cum praecedenti. Obiit peticulis hac die martis 17 ianuarii 1797 aetatis 77.

26. Franciscus de Albertis de Poia S.R.I. Comes, Antonii filius, habitator Roboreti cum uxore baronissa Piamarta de Langenfeld roboretana, et filiis etiam hoc anno 1790, et 1796.

27. Ioannes Baptista de Albertis Comes, Antonii filius alter, est cubicularius celsissimi tridentini, ac maritus baronissae Aloysiae Puelliae bulsanensis. Abiit anno 1794 mense martio in Rhetiam cum famula.

28. Simon Albertus typographus Tridenti an. 1600, 1607. Dominus Simon filius quondam Ioannis de Albertis de Armazago Vallis Solis dioecesis tridentinae impressor, et habitator Tridenti anno 1610 die 23 novembris in Rogitis Sebastiani Siciliani Tridenti.

29. Ioannes Albertus typographus Tridenti an. 1615, 1617, 1619 et 1624, 1626, 1627. Ioannes Albertus fuit typographus Venetiis anno 1608. Ioannes de Albertis typographus Venetiis 1595, 1610, 1613, 1614.

30. Ioannes de Albertis typographus Tridenti an. 1616, et 1627²⁵.

31. Vigilius de Albertis de Poia fuit archipresbyter calavinensis ab anno 1723, obiitque Calavini anno 1756. Antea fuit archipresbyter Tassullitanus in Anaunia. Vide nostrum Parochiale Tridentinum.

32. Iacobus de Albertis iuris utriusque doctor, canonicus ecclesiae cathedralis curiensis ad an. 1637, ac plebanus Bulsani ad an. 1660, et 1661, ex citato Parochiali, sed quaerendum an fuerit tridentinus. Ipsum non invenio in genealogia Comitum Albertorum de Enno habitatorum Tridenti. Fuit etiam parochus Tisinensis²⁶.

33. Anonyma de Saracenis tridentinis uxor quondam laudati cancellarii Ioannis Baptistae de Albertis obiit Tridenti die 23 maii anno 1768.

34. Lucia vidua Bassetta filia quondam nobilis domini Francisci Antonii de Albertis de Poya obiit Tridenti die 23 iulii anno 1774, aetatis suae 88, et sepulta fuit apud s. Marcum Patrum Augustinianorum.

²⁵ Bartholomaeus de Albertis typographus Venetiis 1606. – Etiam Nicolaus Bevilaqua tridentinus fuit typographus Venetiis 1554, 1558, 1561, et Taurini an. 1586.

²⁶ Anno 1637 illustris militiae capitaneus dominus Bernardinus f.q. magnifici domini Omneboni de Albertis patricius tridentinus, possessor Ravinae. An. 1637 Ludovicus de Albertis ut infra Capitulum III, n. 9.

35. Illustris domina Lucia filia illustris, et excellentissimi legum doctoris Ioannis Baptistae de Albertis, anno 1644 die sexta aprilis Tridenti in sacello s. Hieronymi minorum a Roccabruna, nupsit perillustri domino Hieronymo Roccabrunae.

36. Ursula Comitissae Antonii de Albertis de Poya filia, nunc est uxor Petri Sittii de Noris, filii Comitissae Philippi tridentini. Obiit Tridenti die 20 ianuarii 182 ethica.

37. Brigitta filia cancellarii Ioannis Baptistae de Albertis de Poya fuit uxor Francisci Antonii Particellae de Monte Veteri, consiliarii Trid. defuncti sine filiis anno 1770 die 20 martii, supervivente uxore, etiam anno 1793, quae obiit ex improvise in domo paterna die isto 16 nov. 1798, aetatis suae 82, et sepulta fuit die dominico 18 novembris.

38. Franciscus de Albertis sacrae theologiae doctor, Vicarius generalis, et consiliarius episcopi tridentini anno 1644 die 20 maii, ac die 9 septembris. Canonicus Trid. ab anno 1647, dein scholasticus, ac tandem ab anno 1677 episcopus Trid. Hic pluries ab episcopis tridentinis fuit ad sedem apostolicam ablegatus pro ecclesiae tridentinae negotiis. Obiit anno 1689 die 4 februarii aetatis suae an. 79²⁷.

39. Bonaventura de Albertis uxorem duxit Mariam de Luttis de Poya anno 1604 genuitque praedictum episcopum.

40. Franciscus de Albertis episcopus in suo testamento condito die 18 dec. 1687 manifestavit suum desiderium advocandi Tridentum Patres Philippinos. Fuit academicus Accensus Tridenti sub nomenclatura Immutabilis.

41. Il molto illustre, e clarissimo sig. Francesco Antonio Alberti anno 1681.

42. Albertus Comes de Albertis, Comitissae Francisci, de quo num. 26, filius anno 1787.

43. Perillustris, et clarissimus dominus Franciscus Antonius de Albertis cancellarius excelsae Superioritatis Trid. ann. 1699.

44. Admodum reverendus Pater Bonaventura de Albertis sub-Prior conventus sancti Laurentii Tridenti ultra pontem Athesis Ordinis sancti Dominici anno 1667 die 24 decembris. Hic ut puto ego filius fuit Bonaventurae, de quo num. 18, et 39 ac frater Francisci episcopi, de quo num. 3, et 38²⁸.

45. Excellens dominus Bonaventura de Albertis I.U.D. Tridenti anno 1597. Alius dominus eques Bonaventura de Albertis civis senensis claruit anno 1777, fuitque Senis massarius Montis Pii.

46. Iosepha filia quondam cancellarii Ioannis Baptistae de Albertis, et vidua relicta quondam anonymi Formenti vivit Ripae hoc anno 1795. Sorores eius sunt vidua Eleonora Montia orta an. 1713²⁹, et Francisca uxor baronis Iosephi Altenburgeri, quae obiit Tridenti die 6 maii 1801 vidua.

47. Ser Bartholomaeus notarius de Albertis de Poia plebatus Lomassi, unus ex consiliariis communitatis Lomassi anno 1533³⁰.

48. Bartholomaeus filius providi viri ser Adae de Albertis de Poia plebis Lomassi diocesis tridentinae, publicus appostolica [sic] et imperiali auctoritate notarius anno 1535.

²⁷ Anno 1613 F. Hyacinthus Maria de Albertis de Tridento Ordinis Praedicatorum fuit syndicus conventus s. Laurentii apud Tridentum.

²⁸ Anno 1797 studiosus supr. grammaticae Tridenti Petrus Alberti de Poya S.R.I. Comes. Mediae grammat. Albertus et Iosephus de Poya S.R.I. Comites. Anno 1798 studiosi Tridenti Albertus, et Iosephus Comites Alberti de Poya tridentini.

²⁹ Montia vivit hoc anno 1798 aetatis 86. Obiit 13 martii 1801. Anno 1799 Albertus Comes de Poia Tridentinus studiosus rhetoricae Tridenti.

³⁰ Anno 1606 dominus Bartholomaeus de Albertis aestimator Tridenti.

49. Giacomo Alberti cittadino di Trento 1635.
 50. Gio. Battista Alberti cancelliere di S.A.R. di Trento anno 1746 die 7 novembris.
 51. Bartholomaeus f.q. providi viri ser Adae de Albertis de Poia plebis Lomassi publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius anno 1550.
 52. Albertus de Albertis doctor et imperiali auctoritate notarius, ac civis Tridenti, filius quondam praedicti spectabilis domini Bartholomaei de Albertis de Poia plebis Lomassi, post annum 1550.

CAPUT TERTIUM

De familia Alberta de Enno

1. Civibus tridentinis anno 1572 in reformatione ipsorum Matriculae, adnumeratus fuit l'ecellente misser Gervasio di Alberti per esser stato più volte di Consiglio. Ita Matricula ipsa.
 2. Gervasio de Alberti dottore fuit archiconsul Tridenti anno 1552, ex Albo consulum Tridenti.
 3. Gervasio di Alberti dottore iterum fuit archiconsul Tridenti anno 1557. Videsis To. 1 epist. 143, pag. 422.
 4. Gervasio di Alberti di Enno dottore fuit tertium archiconsul Tridenti anno 1561.
 5. Gervasio Alberti dottore quartum archiconsul Tridenti anno 1566.
 6. Manfré Alberti dottore fuit consul Tridenti anno 1589 et 1590. Fuit ex Poyanis.

Vide infra p. 224 [Caput XXVII, n. 126].

7. Alessandro Alberti dottore fuit archiconsul an. 1592, 1599, et 1610.
 8. Manfré di Alberti dottore fuit archiconsul Tridenti an. 1603 ac 1604. Vide pag. 223 [Caput XXVII, n. 123].
 9. Lodovico Alberti fuit consul Tridenti an. 1631, et 1637. Lodovico Alberti dottore consul an. 1641. Sepultus est in s. Maria Maggiore cum epitaphio ante an. 1670.
 10. Francesco Felice Alberti electus consul Tridenti an. 1677 pro anno 1678 sed non acceptavit, inque scriptis die 30 dec. 1677 resignavit, quia non fuit electus archiconsul. Ex eius literis constat, quod filius fuit quondam cancellarii et consiliarii Em.mi, ac R.mi principis tridentini, frater decani tridentini, ac alterius consiliarii tridentini. Eius titulus fuit il Molto illustre signor Francesco Felice Alberti. Tunc fuit podagrosus³¹.
 11. Bartolommeo Conte de Alberti consul Tridenti an. 1742. Bartolommeo Conte de Alberti di Enno iterum consul an. 1747, et 1751, ac 1755. Frater fuit Francisci Felicis episcopi, ac principis tridentini, obiitque Tridenti die martis 28 martii, aetatis suae an. 78, ac fuit sepultus in ecclesia cathedrali anno 1780.
 12. Francesco Conte Alberti di Enno consul Tridenti anno 1779. Habitat in platea Macellari. Uxorem habet infecundam Comitissam Berninam veronensem.
 13. Iosephus Victorius de Albertis episcopus princepsque Tridenti electus die 28 aprilis an. 1689, obiit die 31 decembris an. 1695. Italice dici consuevit *Gioseppe Vittorio Alberti*.
 14. Felix de Albertis civis Trid. et Goritiae, castrique perginensis capitaneus, pater laudati Iosephi Victorii, et maritus Annae Iuniperae Bellinae de Goritia.

³¹ Anno 1637 nobilis et excellentissimus legum doctor dominus Ludovicus de Albertis possessor Ravinae. Credendus ex Poyanis.

15. Franciscus Felix Comes de Albertis de Enno, episcopus princepsque Tridenti electus an. 1756, obiit anno 1762.

16. Gervasius de Albertis, pater praedicti episcopi Francisci Felicis, maritus Barbarae filiae Comitis Bartholomaei Bortholatii tridentini. Fuit capitaneus Pergini ab an. 1712.

17. Franciscus de Albertis, maritus Catharinae de Termonio plebis Enensis.

18. Albertus de Albertis, maritus Antoniae ab Urso, ac filius Francisci.

19. Fridericus de Albertis, maritus Margaritae Avancinae de Poya, filiusque Alberti.

20. Nicolaus de Albertis, maritus Catharinae Gentiliae, ac filius Friderici.

21. Gervasius de Albertis, iuris utriusque doctor, maritus ab an. 1538 Paulae Cazuffae tridentinae, ac filius Nicolai.

22. Iosephus de Albertis miles, maritus Magdalenae filiae Ioannis Amfertolleri perginensis, ac filius Gervasii. Anno 1598 Ioseph de Albertis unus ex 12 consiliariis communitatis Perzini.

23. Felix de Albertis, maritus Iuniperae filiae Bartholomaei Bellini de Goritia.

24. Franciscus Felix de Albertis, maritus Claudiae Felicitatis filiae Francisci Particellae tridentini, ac deinde maritus Archangelae filiae Sigismundi Saraceni tridentini et filius Felicis.

25. Gervasius, Vigilius Mathias de Albertis, filius Francisci Felicis, ac maritus Barbarae filiae Comitis Bartholomaei Bortholatii consilarii tridentini.

26. Iosephus Victorius Comes de Albertis de Enno, filius Gervasii, ac maritus Mariae Clarae Teresiae Comitissae de Wolckenstein, et Rodenegg.

27. Franciscus Felix de Albertis.

28. Bartholomaeus Ludovicus Simon de Albertis.

29. Bartholomaeus Sigismundus Xaverius de Albertis.

30. Dominus Nicolaus de Albertis de Enno Vallis Ananiae matrimonium contraxit per verba de praesenti in ecclesia parochiali Trilaci die 25 iunii anno 1573 cum domina Ursula vidua domini Hieronymi Gislimberti de Trilaco. Ita ex libro matrimoniali Trilaci descripsi ego.

31. Simon de Albertis canonicus Tridenti saeculo XIV.

32. Udalricus episcopus Tridenti sub datum Tridenti die 21 maii anno 1502 investivit Fridericum filium Friderici de Bertis de Enno, et Matthaum quondam Antonii, et Antonium, et Simonem eius fratrem, et Nicolaum quondam Bartholomaei, et Bartholomaeum, et Zenum quondam Zeni nepotum suorum, de feudis etc. scilicet de una domo cum casali, de variis decimis, et petiis terrae.

33. Bernardus episcopus Tridenti post an. 1514 investivit Albertum, Nicolaum, et Angelum filios quosdam Federici de Albertis, et Federicum filium quondam Ioannis fratris dictorum, de tribus domibus sitis in villa Enni, ac de quadraginta petiis terrae.

34. Nicolaus de Albertis canonicus Tridenti saeculo XIV.

35. Albertus de Albertis canonicus Tridenti et Vicarius generalis.

36. Albertus canonicus Tridenti et Nicolaus fratres filii quondam Federici, et Gervasius doctor filius dicti Nicolai de Albertis de Enno Vallis Annaniae, nobiles creati a Ferdinando romanorum rege, protestati sunt se pertinere ad iurisdictionem Bernardi episcopi tridentini anno 1537.

37. Georgius de Albertis cancellarius, et consiliarius Tridenti, filius Gervasii.

38. Albertus de Albertis I.U.D. et parochus Enni, filius Gervasii.

39. Albertus de Albertis Iesuita clarus, filius Iosephi, natus anno 1593 ac denatus an. 1676 Romae.

40. Iosephus Victorius de Albertis, filius Felicis, canonicus Vratislaviensis, ac Tridenti, Prior s. Thomae, ac s. Leonardi, et tandem episcopus Tridenti. Antea archidiaconus, et Vicarius in spiritualibus generalis anno 1666.

41. Franciscus Sigismundus de Albertis, filius Francisci Felicis, canonicus Tridenti, et Prior s. Thomae, ac s. Leonardi.

42. Egregia iuvenis domina Paula f.q. spectabilis doctoris domini Laurentii de Cazuffis civis, et habitatoris Tridenti uxor spectabilis doctoris domini Gervasii filii domini Nicolai de Albertis de Enno Vallis Annaniae, civis et habitatoris Tridenti, ab anno 1538.

43. Nobilis domina Catherina f. q. excellentis domini Gervasii de Albertis de Enno Vallis Annaniae, ac uxor relicta quondam domini Bartholomaei de Matiis Vallis Solis de Dimario anno 1588.

44. Excellens iuris utriusque doctor dominus Gervasius de Albertis civis, et habitator Tridenti anno 1554.

45. Clarissimus iureconsultus dominus Gervasius de Albertis anno 1562.

46. Excellens I.U. doctor dominus Gervasius de Albertis anno 1562.

47. Magnificus, et excellens legum doctor dominus Alexander f.q. excellentis legum doctoris domini Gervasii de Albertis civis, et habitator Tridenti in Contrata s. Benedicti, anno 1586 die 21 decembris.

48. Excellens doctor dominus Gervasius de Albertis civis et habitator Tridenti in Contrata s. Benedicti anno 1561.

49. Magnificus, et excellens doctor dominus Alexander de Albertis civis Tridenti anno 1587 die 23 iulii.

50. Excellens I.U.D. dominus Alexander de Albertis civis Tridenti anno 1585.

51. Magnificus, et clarissimus dominus Gervasius de Albertis iureconsultus, et arbiter an. 1556.

52. Excellens doctor dominus Gervasius de Albertis anno 1558.

53. Magnificus, et excellens legum doctor dominus Gervasius de Albertis civis tridentinus, et in Vallibus Annaniae, ac Solis assessor honorabilis in domo sua Enni die 30 martii anno 1573 una cum filio suo magnifico, ac reverendo domino Alberto.

54. Ioannes Albertus de Albertis notarius Enni post annum 1573.

55. Egregius dominus Ioannes Albertus de Albertis de Deno Vallis Annaniae anno 1616.

56. Nobilis, et excellens dominus Alexander de Albertis civis, et habitator Tridenti in Contrata s. Benedicti anno 1616 die 26 novembris.

57. Nobilis dominus Hieronymus de Albertis filius praedicti excell.mi domini Alexandri an. 1616. Obiit in Anaunia die 21 iulii anno 1624. Pro anima domini Hieronymi Alberti de Tridento celebrari consueverunt octo Missae annis singulis in ecclesia monialium ss. Trinitatis Tridenti.

58. Reverendus dominus Albertus de Albertis canonicus ecclesiae cathedralis Tridenti an. 1522.

59. Reverendus decretorum doctor dominus Albertus de Albertis de Enno Vallis Annaniae canonicus in ecclesia cathedrali s. Vigili Tridenti an. 1538.

60. Spectabilis doctor dominus Gervasius filius domini Nicolai de Albertis Enni praedicti civis et habitator Tridenti in Contrata Burgi novi an. 1538.

61. Excellens doctor dominus Gervasius de Albertis civis, et habitator Tridenti in Contrata s. Benedicti anno 1557.

62. Magnificus dominus Isepus filius excellentis doctoris domini Gervasii de Albertis an. 1564.

63. Perillustris, et clarissimus dominus Felix de Albertis consiliarius Tridenti an. 1644, capitaneus Pergini ab an. 1625.

64. Perillustris, et clarissimus dominus Carolus Gervasius de Albertis consiliarius excell.mi et R.mi principis tridentini an. 1657 et quondam perillustris, et clarissimus dominus Felix eius genitor 1657.

65. Perillustris dominus Franciscus Felix de Albertis civis Tridenti an. 1659.

66. Excellens doctor dominus Alexander de Albertis civis et habitator Tridenti in Contrata s. Benedicti an. 1586 die 21 decembris. Ser Laurentius quondam Marini Scaramuza Vallis Annaniae servitor dicti magnifici domini Alexandri an. 1586.

67. Magnificus, et excellens dominus Alexander de Albertis I.U. doctor, et ser Stephanus f.q. ser Simonis de Aldrigetis de Pedersano eius servitor, an. 1599 die 3 iulii. Alexander obiit ante an. 1625.

68. Nobilis dominus Georgius de Albertis de Enno Vallis Annaniae testis fuit Tridenti anno 1616.

69. Nobilis dominus Georgius de Albertis de s. Maria Magdalena fuit Tridenti in Contrata s. Benedicti in thalamo domus Albertae anno 1629 die 9 maii.

70. Excellens doctor dominus Gervasius de Albertis civis Tridenti anno 1566 die 24 iulii.

71. Bartholomaeus f.q. Berti de Bertis de Enno Vallis Annaniae habitator Tridenti anno 1566 die 19 decembris.

72. Doctor Manfredus de Albertis in uxorem duxit Luciam Cabri dei 4 iunii anno 1589.

73. Vincentius Comes de Albertis de Enno, Bartholomaei filius, canonicus diaconus Tridenti obiit Tridenti die 17 martii anno 1768. Vide nostrum Necrologium universale num. 278.

74. Teresia uxor Comitis Bartholomaei de Albertis de Enno, et soror Comitis Christophori Migatii tridentini, cardinalis, et arciepiscopi viennensis, obiit Tridenti die 16 septembris an. 1760 aetatis 47.

75. Iosephus Comes de Albertis de Enno decessit Tridenti die 22 aprilis an. 1754. Habitavit in Contrata Mavelli.

76. Lucretia filia Comitis Iacobi Antonii Bortholatii, ac vidua Comitis Iosephi de Albertis de Enno an. 1760 materque Comitis Francisci de Albertis. Obiit Tridenti anno 1775 die 15 decembris, et sepulta fuit die 16 in ecclesia S.P.N. Francisci extra muros.

77. Teresia filia Comitis Bartholomaei de Albertis de Enno, et uxor Comitis Iosephi de Lodrone tridentini. Vivit etiam hoc anno 1790, 1794, 1802, 1805.

78. Anna Barbara Arcangela, eiusdem Teresiae soror senior, nata die 4 decembris 1736 monialis Clarissa ad s. Michaellem Tridenti sub nomine Sororis Teresiae Mariae a die 14 aprilis 1761. Vivit hoc etiam die 26 iulii 1790 quo ipsam alloquutus sum. Obiit die 19 februarii an. 1797 in monasterio s. Ioseph, ubi fuit cum suis monialibus causa belli contra francos.

79. Gervasius Franciscus Felix Comes de Albertis, filius quondam Comitis Bartholomaei, ortus Tridenti die 29 augusti an. 1734, fuit canonicus Tridenti a die 12 novembris 1751. Resignavit anno 1756 in favorem fratris sui Vincentii, de quo supra num. 73, uxoremque duxit Comitissam de Spauo valeriensem [Valer]. Vivit.

Franciscus Gervasii filius, miles, canonicus Tridenti a die 9 martii 1792. Franciscus Felix Ioannes Nepomucenus, Gervasii filius, natus in castro s. Valerii Spauensium 25

septembris 1770. Fugit in Germaniam hoc anno 1793 mense iulio. Resignavit canonicatum in favorem Comitis Mathiae Trilaci cum pensione annua florenorum 300. Est hic Tridenti hoc anno 1802 die 17 iulii.

80. Franciscus Felix frater Gervasii, natus Tridenti 26 octobris 1735 canonicus Tridenti a die 12 iulii 1755. Abbas commendatarius s. Crucis Mediolani ab an. 1775. Vitam agit Viennae a multis annis. Tridentum rediit hoc anno 1791 ubi obiit die lunae 12 aprilis 1802.

81. Arcangela soror Comitis Bartholomaei de Albertis, et episcopi Francisci Felicis, uxorque Ioannis Baptistae Mancii tridentini tandem Comitis, obiit Tridenti ante maritum die 15 maii an. 1784, aetatis suae 74, ac sepulta fuit apud s. Mariam Maiorem.

82. Christophorus Comitis Gervasii de Albertis filius, uxorem duxit Mariam Philippinam filiam Comitis Ioannis Vigili de Thunn Brageriensis anno 1785, quae obiit Tridenti die 20 decembris 1792, aetatis 28 post abortum.

83. Franciscus Felix de Albertis. Anno 1673 Antonius Paronius typographus Vicentiae *All'ill.mo sig. Francesco Felice Alberti nobile di Trento* dicavit librum ab se cusum, et inscriptum *Prattica d'instrumentare del sig. Attilio Facio*, in 4°.

84. "Alexander de Albertis legum doctor, Gervasii filius, sibi, eiusque familiae vivens posuit anno 1610" monumentum ita scriptum in subterraneo ecclesiae nostrae s. Bernardini extra Tridentum adhuc iacens.

85. Nobiles, et egregii iuvenes Gervasius, et Antonius fratres filii quondam nobilis et egregii viri domini Berti de castro Eni Vallis Annaniae, vixerunt anno 1472.

86. Felix Alberti cancellarius Tridenti anno 1630. Praetor Roboreti an. 1618.

87. Franciscus Felix. Anno 1690 Pater Fr. Emmanuel de sancto Carolo genuensis Carmelita discalceatus sub datum Tridenti 6 octobris 1690 all'ill.mo sig. sig. Franc. Felice Alberti nob. provinciale Goritano [sic], e patritio nobiliss. di Trento, dicavit suum libellum, cui tit. *I giubili discorsi panegirici, recitati nelle feste della Concezione Immacolata, e dell'Angelica Annuntiatione di Maria Vergine*, impressum Tridenti 1690 per Ioannem Paronium in 8° maiore. Idem antea dicavit alium librum *a Sua Eccellenza R.ma Monsignor Fratello Francisci filius*.

88. Iosephus de Albertis, Gervasii filius, paterque Felicis et Alberti obiit die 12 iulii an. 1610 iacetque sepultus in ecclesia nostra s. Francisci apud Perginum, cum epitaphio, quod retuli in Specimine chronicorum Prov. Tridentinae ubi de conventu perginensi, ac in Relatione I Prov. Trid. ad an. 1606.

89. Iosephus Felix de Albertis, filius decennis Francisci Felicis, obiit Tridenti ex pustulis die 2 aprilis 1682, ac sepultus fuit in ecclesia S.P.N. Francisci PP. Conventualium extra muros urbis, inque presbyterio, cum longo epitaphio, quod exscripsi in cit. Relatione I ad an. 1610 ubi de conventu tridentino s. Francisci.

90. Catharina Lucretia soror dicti Iosephi Felicis, aetate octennis, obiit ex pustulis die prima aprilis 1682, fuitque tumulata cum fratre suo.

91. Il nob. signor Giorgio Alberti di Trento anno 1631. Il sig. Giorgio di Alberti an. 1631.

92. Il sig. Giorgio di Alberti da Den cittadino di Trento anno 1638. L'illustre signor Giorgio di Alberti da Trento anno circiter 1622.

93. Il nob. sig. Giorgio Alberti quondam signor dottor Alessandro Gervasio de Alberti di s. Maria Maddalena di Trento, anno 1624.

94. Il signor dottor Alessandro Gervasio già morto, anno 1624.

95. Il R.mo signor don Bortolamio Alberti vice-vicario di Trento l'anno 1706.

96. Il sig. Giorgio Alberti cittadino di Trento nel 1631.

97. Il clarissimo sig. Felice Alberti anno 1631.

98. Florius de Enno canonicus Tridenti ac plebanus Condini an. 1390, et 1407. Obiit ante an. 1441, nam anno 1440 facta fuit mentio *haeredum quondam domini Florii de Enno canonici Tridenti*, sed probabiliter tantum puto fuisse ex hac familia de Albertis.

99. Albertus de Enno canonicus Tridenti anno 1520 et 1527. Albertus de Albertis canonicus Tridenti an. 1529. Albertus de Enno canonicus Tridenti an. 1533, et 1537. Albertus de Albertis canonicus Tridenti an. 1339, 1542, 1543 et 1544. Obiit Tridenti die 22 februarii 1548, Vicarius etiam in spiritualibus generalis. Videsis nostrum Catalogum Vicariorum Generalium ad an. 1534.

100. Georgius de Albertis canonicus et consiliarius Tridenti an. 1569, 1570, 1576, 1578, 1579, 1584, 1586. Fuit etiam I.U.D. consiliarius et cancellarius Tridenti, vir multa doctrina, et prudentia praeditus, Ludovici cardinalis Madrutii orator apud imperatorem Maximilianum secundum. Is anno 1584 dictus fuit magnificus, et reverendus dominus Georgius de Albertis canonicus Tridenti. Obiit an. 1592. Idem dominus Georgius de Albertis canonicus Tridenti ordinatus fuit Tridenti ostiarius, lector, acolytus, et exorcista anno 1578 mense decembri.

101. Anonyma Comitissae Gervasii de Alberti filia est uxor anonymi filii Comitissae Antonii de Trilaco et Fatis tridentini.

102. Albertus de Bertis de Enno canonicus Tridenti.

103. Ursinus de Bertis tridentinus, episcopus Tergesti in Istria ab anno 1597 usque ad an. 1621. Hic a P. Gabriele Bucellino Ordinis s. Benedicti cognominatur *de Beatis*.

104. Albertus canonicus tridentinus, et Nicolaus fratres filii quondam Federici, et Gervasius doctor filius dicti Nicolai de Albertis de Enno Vallis Annaniae nobiles creati a Ferdinando romanorum rege, sese subditos domino Bernardo episcopo tridentino, et eius successoribus protestati sunt anno 1537 die 19 octobris sub datum Tridenti.

105. Georgius de Albertis iuris utriusque doctor, Ill.mi et R.mi domini Ludovici cardinalis principis, et episcopi tridentini canonicus, consiliarius, et cancellarius, et ab eodem una cum eius fratribus Alberto iuris utriusque doctore, Iosepho, Alexandro pariter doctore, ac Septimio, cum descendentibus, nobilium Ecclesiae tridentinae numero adscriptus, subditum eiusdem se se dixit anno 1580 die prima octobris Tridenti.

106. Egregius dominus Federicus de Albertis de Enno Vallis Annaniae notarius, et habitator Perzini anno 1598.

107. Familia nobilissima, ac vetusta de Albertis in Comitum classem a Carolo sexto imperatore romanorum, et rege Germaniae posita est. Ita de Albertis ennensibus ad literam habet manuscriptus Catalogus episcoporum Tridenti ab anonymo exaratus. Porro Carolus sextus fuit coronatus imperator Francofordiae anno 1711 die 22 decembris et obiit Viennae die 20 octobris anno 1740.

108. Manfredus Albertus utriusque iuris doctor, et primarius consul civitatis Tridenti anno 1604.

109. Alexander de Albertis iureconsultus, et patritius tridentinus anno 1600.

110. Comes Christophorus de Albertis de Enno fuit unus ex quinquaginta, quos creavit suos cubicularios Leopoldus secundus romanorum imperator quando Posenii in Hungaria dei 15 nov. hoc anno 1790 coronatus fuit rex Hungariae.

111. Dominus Federicus de Albertis notarius Perzeni anno 1614. Conferto num. 19, et 106.

112. Adelperius filius quondam domini Gislenberti de Enno habitator Tridenti anno 1341 et an. 1350.

113. Lucia degli Alberti detti Gervasi de Tridento, figlia doctoris Alexandri, olim dica Paula, monialis chorista in monasterio Clarissarum ss. Trinitatis Tridenti ubi habitum suscepit die quinta iunii an. 1617 ac obiit die 3 augusti 1628.

Caput XXVII: Iterum de familia de Albertis ennensibus (pp. 222-224 del manoscritto).

114. Bertus quondam Ioannis Gervasii de Enno die 24 augusti anno 1447 in castro Clesii a domino Georgio episcopo Tridenti fuit investitus de omnibus casalibus positus super Dossum ubi iam positum erat castrum de Enno, cum omnibus terris ad illa casalia spectantibus. Item de parte tertia summitatis Dossi castri positi in pertinentiis villae Nani, et Portoli. Item de parte, quam habet in Dosso Forii sancti Pangratii de Enno. Item aliis casalibus, et pluribus decimis. Videsis supra cap, 3 n. 32.

139. Anno 1429 Ioannes Contus quondam ser Pauli notarii de Fatis de Trilaco notarius.
140. Anno 1389 Paulus quondam ser Fati de Terlaco civis, et notarius Tridenti.
141. Anno 1397 providus vir Paulus notarius f.q. ser Ioannis Fati de Terlaco massarius generalis Curiae Iudicariae. Sic etiam anno 1398. Paulus massarius civis Tridenti et notarius 1396.
142. Anno 1433 nobilis vir Ioannes Contus f.q. Pauli de fatis de Trilaco. Iacobus Facciolatus in suo Dictionario Calep. ait: *Contus*, *Conti*, pertica longa, usata dai marinari per provar il fondo dell'acqua, e per ispignere le navi.
143. Anno 1389 Paulus quondam ser Fatis de Fato de Terlaco civis, et notarius Tridenti.
144. Anno 1317 Paulus de Fatis de Terlaco notarius.
145. Anno 1403 quondam nobilis vir ser Paulus de Fatis de Terlaco notarius.
146. Anno 1540. Misser Vettor Tabarello uxorem duxit anno 1540 die 22 novembris dominam Helenam filiam domini Ioannis Wetersteteri de Calliano. Nuptialia festa fuerunt solemnissima.
147. Anno 1540. La Terlaga vecchia, et la consorte de misser Paulo interfuerunt praedictis nuptiis.
148. Anno 1540. Antonio Terlago, et madonna Barbara Trilago pariter interfuerunt memoratis nuptiis.
149. Anno 1547, Triumpho tridentino interfuere Maddalena Fata Tabarella, et Cornelia de Trilaco.
150. Anno 1338 die 28 octobris dominus Bertoldus de Trilaco quondam domini Petri filii quondam Fati.
151. Anno 1307 Bolfridus de Trilaco investitus a Bartholomaeo episcopo tridentino de feudis quibusdam.
- 152....
153. Antonius de Trilaco anno 1432.

Ioannes Contus eius frater.
 Paulus, qui obiit sine filiis, Georgius, et Antonius defunctus sine filiis, et Martinus defunctus pariter sine filiis, fuerunt filii Ioannis Conti.
 Martinus, et Petrus, filii Georgii.
 Franciscus filius Petri.
 Petrus defunctus sine filiis, Franciscus, et Bartholomaeus fuerunt filii Francisci.
 Franciscus Carolus, et Antonius Felix, fuerunt filii Bartholomaei.
 Ioannes Antonius filius Francisci secundi.
 Ioannes Antonius, et Franciscus fuerunt filii Ioannis Antonii.
 Sigismundus Adamus fuit filius Francisci Caroli.
 Antonius, et Vincentius filii Francisci tertii.

154. Paulus de Terlaco dictus Tabarellus an. 1432.
 Thomaeus filius Pauli.
 Paulus, et Ioannes, et Antoninus, et Victor filii Thomaei, sine liberis defuncti sunt.
 Bernardinus filius Thomaei.
 Antonius, et Donatus, defuncti sine liberis, atque Victor filiis Bernardini.
 Bernardinus filius Vitoris.
 Antonius, et Octavius filii Bernardini secundi.
 Ioannes Bernardinus defunctus sine liberis, Victor Ferdinandus, et Bernardinus tertius Octavii filii.
 Theodorus, et Io. Baptista, et Carolus Dionysius sacerdos, et Petrus sacerdos, et Octavius Ignatius sacerdos, et Nicolaus Antonius, et Iosephus, et Hieronymus, omnes filii Bernardini tertii.
 Franciscus Antonius, et Thomas filii Theodori viventes anno 1766.
 Hactenus ex arbore stemmatica praesentata excell.mo Gubernio Austriae Superioris die 23 februarii 1765, et impressa in dicto libello a pag. 56. Notatur tamen ibi, quod transversales in maxima parte fuerunt omissi.

155. Anno 1790 Bernardinus Tabarellus de Fatis de Trilaco. Vivit hoc anno 1790 coelebs, et S.R.I. Comes creatus eodem anno, cum Antonio clerico fratre suo itidem coelibe; qui Antonius clericus obiit an. 1797 die 19 martii Tridenti. Revera obiit die 5 maii 1798 Tridenti; uxorem duxit filiam Comitis Iosephi Bortholatii ante annum 1798.

156. Anno 1790 Theodorus Tabarellus de Fatis de Trilaco, Thomae filius, Thomae filius, sine filiis, uxorem habet Teresiam filiam Comitis Sigismundi Melchiorii tridentini, creatus S.R.I. Comes hoc anno 1790. Natus autem anno 1745. Idem anno 1795 Florentiam petiit ut melancholiam expelleret; sed paullo post rediit⁵¹.

157. Anno 1790 Bartholomaeus, Theodori frater, uxorem habet Constantiam ex Comitibus Trissinis de Vicentia, et filium Octavium ortum anno 1788 die 24 ianuarii, duasque filias. Creatus S.R.I. Comes hoc anno 1790 ante novembrem. Est Theodoro iunior. Anno 1796 die 14 maii Ioanni Baptistae equiti Carpentario Roboreano dedit filiam suam maiorem in uxorem, nomine Catharinam. Anno 1798 mense aprili fuit in Bavaria cum uxore Trissina, et alia filia Iosepha.

⁵¹ Eleonora Tabarella tridentina nupsit Georgio Gardumo tridentinae dioecesis suo consanguineo in gradu quarto, cum dispensatione Clementis XII Papae data Romae 17 kalend, augusti 1730 Pontificatus anno primo. Eleonora fuit filia Theodori, et soror Thomae. Thomas obiit die 7 maii 1789 et sepultus est die in cathedrali Tridenti. Habuit quinque uxores. Uxores Thomae: Episcopia [Vescovi], Cischia, Passia, Schulthausera, et Saviola vivens hoc anno 1800.

158. Anno 1526 messer Zoan Conte de Fatis, habitator ad s. Crucem Tridenti.
159. Anno 126 messer Bernardino Tabarello habitator Tridenti al Ponte.
160. Anno 1526. Li heredi de messer Vetor Tabarello habitatores Tridenti al Ponte.
161. Anno 1526 messer Thomaso Tabarello dottore legista in Trento
162. Anno 1720 die 7 martii mater soror Anna Archangela Clara Trilaca de Tridento aetatis an. 45 obiit in monasterio tridentino s. Clarae, seu s. Michaelis.
163. Anno 1634 illustris domina Cornelia Tabarella, et illustris dominus Octavius Tabarellus de Fatis de castro Vigulo.
164. Anno 1628 die 28 aprilis la molto illustre sig. Catharina Tabarella di Trento: e la signora Ludovica di lei sorella. Haec tunc fuit candidata monialium Clarissarum. Vide infra num. 169.
165. Iosephus Tabarellus de Fatis presbyter, et poeta an. 1716.
166. Paulus de Fatis de Terlaco capellanus in ecclesia cathedrali Tridenti anno 1417.
167. Franciscus quondam ser Iohannis Fati de Terlaco habitator Tridenti anno 1407.
168. Octavius Comitibus Bartholomaei Trilaci Tabarelli filius obiit Tridenti hoc die undecimo decembris an. 1790 aetatis 2, mens., 10, die 17.
169. Catharina Iustina Tabarella de Tridento monialis chorista Clarissa ad s. Trinitatem induta die 28 octobris an. 1631, obiit die 2 martii anno 1674. Antea dicta Ludovica.
170. Paula vidua Comitibus Antonii Trilaci, ac filia quondam Adami Trilaci obiit Trilaci die 21 augusti 1798.
- 1432 Antonius, et Ioannes Contus fratres quondam Pauli de Fatis de Terlaco, et Paulus quondam Antonii de Fatis de Terlaco.
- 1433 Ioannes Contus, et Antonius fratres, et filii quondam Pauli, et Paulus dictus Tabarellus de Fatis de Terlaco.
- 1463 Antonio de Fatis, et Paulus Tabarellus uterque de Trilaco.
- 1478 Paulus quondam Antonii de Fatis de Trilaco.
- 1483 Paulus de Fatis de Trilaco.
- 1489 Thomas de Fatis de Terlaco.
- 1493 Georgius de Fatis de Terlaco decanus tridentinus et Contes eius frater.
- 1501 Ioannes Contes de Trilaco.
- 1511 Paulus Tabarellus de Fatis de Trilaco.
- 1515 Paulus Tabarellus de Fatis de Trilaco.
- 1521 Ioannes Conte de Trilaco.
- 1522 Paulus Comes de Trilaco.
- 1524 Thomas Tabarellus de Fatis de Trilaco.
- 1527 Paulus de Trilaco.
- 1530 Thomas de Fatis de Trilaco Tabarellus.
- 1533 Thomas de Fatis de Trilaco Tabarellus.
- 1541 Thomas de Fatis Tabarellus.
- 1541 El Conte Paulo da Trilago
- 1546 Paulo Conte de Trilaco.
- 1548 Martinus Trilacus.

CAPUT VIII

De Familia Tessaria

1. Giacomo Thessaro da Piné vixit anno 1540: ex meo Chronico Michelino num. 115.
2. Misser Gio. de' Tessadri additus fuit Matriculae civium tridentinorum anno 1577. Titulus ille *Misser* ibi datur etiam aliis dicto anno 1577 inter tridentinos cives aggregatis, nempe Francisco Particellae, Francisco Luchino, et Francisco Bettae roboretano consiliariis aulicis Tridenti, necnon Faustino Bertello, Donato Migatio, et capitaneo Simoni de Gerardis a Petra Plana.
3. Pietro de Tessari detto Pilon da Miola di Piné vixit anno 1631: ex meo Chron. Trinitario cap. 1, num. 62.
4. Odorico Tessari fuit consul Tridenti anno 1645.
5. Il nobile signor Odorico Tessari padre di suor Isabetta Prudenzia monaca in Santa Chiara di Trento vixit anno 1657: ex citato Chron. Michelino num. 136. Il nobile sig. Francesco f.q. nob. sig. Odorico Tessari an. 1669 cum fratre.
6. Giulio Tessari fuit consul Tridenti an. 1672, 1684, et 1702. Vixit il signor Giulio Tessari etiam anno 1706. Giulio Tessari giunta del Magistrato consolare 1677.
7. Antonio Tessari medico fisico fuit consul Tridenti anno 1708.
8. Antonio Giuliano Tessari medico fisico di S.A.R.ma vescovo e principe di Trento libellum suum typis commisit anno 1715 de quo dixi in Bibliotheca tirolensi manuscripta verbo *Tessari*.
9. Antonio Giuliano Tessari medico fuit consul Tridenti anno 1722, ac 1729. Obiit post annum 1744, haeresque ipsius bonorum circiter octuaginta milium florenorum, cum cognomine nunc est nobilis dominus Ioannes Baptista Sardanea de Hochenstein patricius tridentinus, qui proinde dicitur *Sardagna-Tessari*, ac etiam simpliciter *Tessari*. Hoc anno 1794 die 31 martii habet annos aetatis 69, ut mihi dixit ipse. Anno eodem, mense novembris bonis cessit.
10. La Madre suor Elisabetta Prudenza Tessari da Trento monaca in s. Chiara di Trento vestita dopo l'anno 1648, ed avanti l'anno 1666, morì d'anni 88 li dieci di maggio dell'anno 1721: ex meo manuscripto Necrologio Michelino. Vide num. 5.
11. Ser Ioannes f.q. Andreae de Tessadris de Barbaniga investitus fuit de una domo cum molendino, et broiletto *alla Vela* pro annuo ficto carentanorum decem, et quattrinorum duorum a Praeposito Tridenti Andrea cardinali austriaco die 18 maii an. 1581: ex To. 3 Diplomt. num. 561. Igitur Tessadrius, qui an. 1577 factus est civis Tridenti fuit origine Barbaniganus plebis Civezani.
12. Nobiles domini Stephanus, et fratres eius, filii quondam nobilis domini Udalrici Textoris civis Tridenti, possessores unius mansus *alla Vella* in Regulis Tridenti anno 1661.
13. Sepulchrum fratrum de Tessariis cum inscriptione rudi est in coemeterio s. Maria Maioris prope introitum australem. Positum fuit anno 1620.
14. Anno 1655 quondam magnificus dominus Stephanus Textorius civis Tridenti qui vixit anno 1619.

CAPUT IX

De familia Melchioria

1. Benasutus filius quondam providi viri ser Francisci notarii de Melchioribus de Clesio Vallis Annaniae tridentinae dioecesis, publicus imperiali auctoritate notarius anno 1521. Sic ipsemet scripsit.

2. Ser Bennasutus, et Baptista, et Iacobus, et Ioannes fratres clesienses, recensentur in catalogo nobilium ruralium Vallium Annaniae, ac Solis anno 1529 compilato a notario Iosepho de Sandris Nanensi, cui exemplator Iosephus Antonius Turrisanus clesiensis legum doctor, et notarius anno 1704 addidit: *pariter de domo Melchioria, a qua illi de Tridento procedunt.*

3. Antonius, et Simon fratres, filii quondam Ioannis de Melchioribus de Clesio similiter inter nobiles rurale praedictos numerantur in citato catalogo anni 1529.

4. Ioannes Odoricus Melchiorius tridentinus, imperatricis Mariae, uxoris ab an. 1548 imperatoris Maximiliani secundi, ad trigesimum annum usque protomedicus, ac Petro Andreae Matthiolo protomedico caesareo carissimus, obiit Tridenti die 2 decembris 1589, fuitque sepultus in ecclesia cathedrali cum epitaphio, quod descripsi, ac retuli To. 1 Variarum Inscript. 391. De eo dicam etiam in Bibliotheca Tirolensi. Fuit doctorali laurea insignitus Paduae die 14 maii 1551.

5. Barbara eiusdem Ioannis Odorici uxor decessit Tridenti anno 1590 mense ianuario. Fuit Mediolanensis, et Porra cognomine⁵².

6. Ioannes Baptista Melchiorius, Ioannis Odorici, et Barbarae filius, vigore primarum precum imperatoris, qui fuit Rudolphus secundus, Maximiliani secundi filius, inter canonicos tridentinos relatus fuit anno 1581. Cum autem esset archidiaconus, summus Scholasticus, ac senior, multisque legationibus ad Comitata tirolensia clarus obiit anno 1639 aetatis suae 75, fuitque sepultus in ecclesia cathedrali cum pulchro epitaphio erecto, quod descripsi, ac evulgavi in meo catalogo canonicorum Tridenti To. 4 Monum. Eccl. Trid. pag. 307. Fratres eius ipsum posuerunt, sed ipso iubente, qui etiam locum ipsis designavit. Legi eius testamentum.

7. Ser Benasutus notarius de Clesio ad an. 1534.

8. Franciscus filius ser Benasuti notarii de Clesio ad an. 1537.

9. Dominus Benasutus notarius de Clesio ad annum 1539.

10. Benasutua filius quondam providi viri ser Francisci notarii de Melchioribus de Burgo Clesii publicus imperiali auctoritate notarius, et iudex ordinarius anno 1539.

11. Dominus Ioannes Antonius de Melchioribus notarius de Clesio anno 1549.

12. Melchior filius quondam ser Benassuti de Clesio publicus imperiali auctoritate notarius anno 1461. Puto, quod iste Melchior originem dederit cognomini de Melchioribus.

13. Dionisio Melchiori notaro in Cles anno 1597.

14. Misser Dionisio Marchiori di Cles anno 1609⁵³.

15. Magnifico Ludovico, e fratelli Melchiori die 23 decembris 1598 facti sunt cives Tridenti. Filii fuerunt supradicti protomedici Ioannis Odorici.

⁵² Anno 1506 obiit Petrus Angelus Porro mediolanensis Ordinis Servorum B.M.V. die 24 octobris. Anno 1533 Ludovicus Porrus senator mediolanensis fuit commissarius Caroli V caesaris in civitate Tridenti. Anno 1404 mense Ianuario dominus Antonius, et dominus Galeacius Porri fuerunt consilarii Ducis mediolanensis. Hippolytus Porrus patricius mediolanensis historicus post annum 1580. Anno 1602 P. Io. Baptista Porrus mediolanensis Iesuita missionarius ad Indos. Anno 1652 Mediolani in ecclesia Coronatae repertum fuit corpus Beati Rochi Porri mediolanensis Ordinis s. Augustini

⁵³ Anno 1611 il sig. Lodovigo Melchiori, et consorte confratres etc.

16. Lodovico Melchiori consul Tridenti an. 1602, 1603, ac 1609. L'illustre signor Lodovico Melchiorio consiglier della Fradaia nova della Misericordia l'anno 1631.

17. Il signor Lodovico Melchiori di Trento an. 1611, quo vivit etiam Carlo de Ysera tutto di casa Melchiori. Anno 1632 nobilis dominus Ludovicus Melchiorius consiliarius venerabilis Confraternitatis gloriosissime Virginis Mariae Misericodiae orphanarum Tridenti.

18. Lodovico Melchiori consul Tridenti anno 1614.

Hieronimus Melchiorius Tridenti anno 1641.

19. Gieronimo Melchiori medico consul Tridenti anno 1611, et 1628. Lucia eius uxor vidua anno 1649. Lucia de Albertis Perzini.

20. La nobile signora Barbara Rovereta de Fraiperg, nata Melchiora, morta di contagio con due figliuole in Villazzano l'anno 1630, in età di anni trenta. Sepultae fuerunt cum epitaphio, quod retuli To. 1 Variarum Inscript. 397, in ecclesia curata s. Bartholomaei. Ego puto, quod fuerit neptis Barbarae laudatae num. 5.

Catharina filia Hieronymi Melchiorii 1650. Vide infra pag. 227 [caput XXVIII, num. 31].

21. Bortolamio Melchiori console di Trento nel 1649 e 1650; dottore delle leggi e console di Trento negli anni 1654, e 1659. Morì nell'anno 1668 avanti li 28 di febbraio; nam in tegumento Sacrorum Bibliorum editionis Lugdunensis 1573 apud Gulielmum Rovillum, quae servantur apud nos, olim legi: "Anno Domini 1668 mensis februarii 28 Frater Carolus Melchiori a Tridento ab haeredibus fratris sui defuncti Bortholomaei eodem tempore, gratis donno accepit hunc SS. Bibliorum librum, quem ipse vult conventui suae Seraphicae Religionis s. Bernardini Tridenti acquisitum canonice etc. assignatum omni meliori modo in perpetuum etc." De praefato Bartholomaeo, qui fuit patruelis Baptistae archidiaconi iam dixi in Bibliotheca Tirolensi verbo *Melchiori*. Anno 1662 vixit perillustris, et excell. mus dominus Bartholoameus Melchiorius iuris utriusque doctor collegiatus Tridenti, et minister venerabilis Domus Dei Tridenti.

22. Il molto nobile signor Ludovico Melchiori di Trento l'anno 1628. Ludovicus Melchiorius civis Tridenti 1622.

23. Lodovico Melchiori di Trento protettore del convento della ss. Trinità di Trento nel 1631.

24. La signora Buona Giovanna cognata del sig. Lodovico Melchiori l'anno 1631.

25. Domenego f.q. Adamo di Melchiori botegero in Trento l'anno 1631; sed forsan iste solum cognomentum habuit commune cum dominis Melchiorii.

26. Praefatae moniales Clarissae ss. Trinitatis anno 1631 pretio librarum quinque cum dimidio emerunt del renso da far fazoletti al sig. Lodovico Melchiori per la sua festa. Ex meo Chron. Trinit. cap. 2, num. 131.

27. Il dottor Bartolommeo Melchiori di Trento l'anno 1658.

Anno 1662 haeredes quondam nobilis dominae Catherinae viduae Melchioriae, natae de Laurentiis.

28. Bortolamio Melchiori console di Trento nel 1649 e 650. Dottore, e console nel 1654. Console ancora nel 1659. Is testamentum suum publicavit in nostro coenobio bernardiniano, et primogenituram instituit.

29. Frater Carolus Melchiorius de Tridento sacerdos Ordinis Minorum Reformatorum S.P.N. Francisci, frater Bartholomaei, ac patruelis Ioannis Baptistae archidiaconi, ex ipsius notis, obiit Tridenti in conventu s. Bernardini die 9 decembris anno 1669 aetatis suae 74. Fuit confessarius anno 1634; Guardianus Tridenti an. 1640, et Vicarius Roboreti anno 1648. Eumdem pluribus laudavi in serie Fratrum pietate

illustrium data in Specimine chronicorum Provinciae huius nostrae tridentinae scripto anno 1773 sub numero 119.

30. Gio. Battista Melchiori console di Trento nel 1652, 1653, e 1661.

31. Ignazio Melchiori console di Trento nel 1670. Obiit anno 1676 filius quondam medici Hieronymi, natus anno 1640.

32. Giambattista Melchiori dottore fu capo-console di Trento nel 1683, e 1684, frater Ignatii.

33. Girolamo Melchiori console di Trento nel 1701, e 1712. Vixit etiam anno 1724, pater Ioannis Baptistae.

34. Sigismondo Conte Melchiori console di Trento negli anni 1764, 1768, 1772, 1776 e 1780. Decessit Sprevi in Paho, inque domo sua autumnali, die 22 octobris anno isto 1790, aetatis suae 78, fuitque sepultus in ecclesia parochiali.

35. Pulcheria Felicitas ex Comitibus Arci, uxor ab anno 1742 Comitum Sigismundi Melchiorii, obiit Sprevi die 17 decembris 1786, ibidemque fuit sepulta, idest in parochiali. Filia Comitum Leopoldi, et soror Comitum Ioannis Baptistae.

36. Iosephus filius Comitum Sigismundi Melchiorii, vivit coelebs hoc anno 1790. Primogenitus coelebs.

37. Leopoldus Hieronymus Augustinus Felix filius Comitum Sigismundi Melchiorii, natus Tridenti 28 februarii 1750. Canonicus Tridenti a die 28 ianuarii 1774. Vivit. Obiit Tridenti die mercurii 15 februarii 1792, aetatis 42.

38. Antonius filius Comitum Sigismundi Melchiori presbyter aetatis an. 32. Vivit.

39. Aegidius filius Comitum Sigismundi Melchiori miles locumtenens austriacus vivit hodie Tridenti coelebs aetatis an. 33.

40. Ernestus filius coelebs Comitum Sigismundi Melchiori. Vivit iunior omnibus fratribus.

41. Pulcheria filia Comitum Sigismundi Melchiori vivit coelebs. Obiit Tridenti hac die veneris 23 aprilis 1802 circa et post meridiem, aetatis an. circiter 50.

42. Teresia filia Comitum Sigismundi Melchiori et uxor Comitum Thedori Tabarelli de Fatis de Trilaco Tridenti. Vivit sine prole.

43. Iosepha eius soros, et uxor equitis Iosephi Malfatti de Thiesfeld tridentini capitanei austriaci iubilati. Vivit. Vidua ab anno 1791. Nata est anno 1748 dicta Iosepha Felicitas.

44. Iosephus Comes Melchiorius Zampus frater olim Comitum Sigismundi, vivit a multis annis Avisii. Comes S.R.I. etiam anno 1739. Habet 83 aetatis annos hoc anno 1797.

45. Hieronymus eiusdem Iosephi filius presbyter annorum 44. Vivit. Obiit Avisii ex peticulis die 29 maii anno 1797.

46. Carolus filius Comitum Iosephi Melchiorii avisiatis hoc anno 1790 uxorem duxit Ursulam baronissam Todeschiam ab Eschfeld roboretanam. Obiit Oeniponti anno 1797 mense martio gallos fugiens, die 12 martii. Post se reliquit filium, et filiam.

47. Iulia Comitum Sigismundi Melchiorii, et uxor Francisci Ignatii Sittii de Noris Comitum Palatini, et consilarii aulici Tridenti, obiit Tridenti vidua die 10 ianuarii anno 1766.

48. Isti Melchiorii dicuntur etiam *Marchiori*, praesertim ab idiotis, ac rudibus. Hinc iuverit monuisse, quod anno 1706 scriptus fuit inter cives tridentinos *Gio. Pietro Marchiori mercante*, cuius posterum nunc dicuntur *Marchiori de Terlaghoff*, habentque

suam domum autumnalem Trilaci, seu Terlaci. Vulgo appellantur etiam *Marchiotretti*, et *Ebreotti*⁵⁴.

49. Melchiorii Comites habitant Tridenti in palatio proprio, magnifico, et solitario, sito in parochia vigiliana, e regione palatii Lodroniani, non longe ab ecclesia ss. Trinitatis, olim monialium Clarissarum.

50. Nobiles, et multum reverendus dominus Ioannes Baptista de Melchioriiis canonicus Tridenti, et Ludovicus fratres filii quondam excellentis artium, et medicinae doctoris domini Ioannis Odorici cives Tridenti, interfuerunt cum aliis testibus testamento Hiliprandi baronis Madrutii decani tridentini die 28 iunii anno 1600. Canonicatum obtinuit anno 1578 ad primas preces imperatoris. Ciurlettus tamen apud meum catalogum canon. pag. 325 dicit successisse anno 1581 defuncto Malanotto.

51. Ioanna filia comitis Sigismundi Melchiorii. Vivit iunior inter suas sorores.

52. Teresia soror Comitis Sigismundi Melchiorii, et uxor nobilis domini Francisci Tabarelli de Fatis de Trilaco Comitis Palatini, ac patricii tridentini. Obiit...

53. Sigismundus Georgius, dictus etiam Georgius Sigismundus Comes de Melchioriiis, vita functus anno isto 1790. Sic a propriis filiis, et ab aliis pluribus appellatus fuit. Vidi plures epistololas ad ipsum datas cum tritulo *a Sua Eccellenza* etc. Ipse quoque propria manu se pluries scripsit *Georgium Sigismundum*. Fuit Comes etiam an. 1739.

54. Iosephus Melchiorius tridentinus per provisionem Sanctae Sedis apostolicae canonicus tridentinus evasit an. 1689. Obiit Romae die 21 iulii anno 1718, ac sepultus est in sacello Madrutiano B.M. Virginis Lauretanae ecclesiae s. Honuphrii Patrum Eremitarum s. Hieronymi Congregationis beati Petri Pisani. Is divitem primogenituram instituit in domo Melchioria, data facultate ipsius possessori nominandi, et instituendi filium suum quem maluerit.

55. Ioannes Baptista filius ill.mi domini Hieronymi Melchiorii tridentini anno 1723. Obiit anno 1724 S.R.I. baro creatus an. 1719⁵⁵.

56. Nobiles Melchiorii anno 1684 famulis suis mandarunt semel in quolibet mense ad Sacramenta poenitentiae, ac altari accedere. Sic enim habet codex salariorum in fronte, quem vidi hac die 10 novembris 1790.

Anno 1703 il molt'illustre, e clarissimo signor Gio. Battista Melchiori.

57. Lepoldus Comitis Sigismundi filius, canonicatum Tridenti obtinuit, ex resignatione in eius favorem in manibus Papae facta per cardinalem Christophorum Comitem Migatium tridentinum, archiepiscopum Viennae, ac Vacienis episcopatus perpetuum administratorem, quam legi, et de qua legi epistolam migatianam, et alias Comitis Sigismundi.

58. Melchiorii facti sunt nobiles per diploma caesareum datum anno 1562.

59. Ioannes Odoricus fuit protomedicus imperatricis Mariae annis vigintiseptem, ut vidi in diplomate lingua hispanica dato. Annos triginta eidem tribuit lapideum epitaphium.

60. Ioannes Odoricus Melchiorius protomedicus Mariae reginae sexennalis, eiusque fratres Franciscus medicus, et Ioannes Antonius, facti sunt nobiles militares, ac tornearii die 3 novembris 1562 ab imperatore Ferdinando primo Francfordiae.

⁵⁴ Anno 1804 Bartholomaeus Marchiori de Terlaghof studiosus infimae grammaticae seminarii episcopalis alumnus.

⁵⁵ Catharina filia Hieronymi Melchiorii, fuit uxor Ioannis Pompeati defuncti an. 1754, et postea Caroli Antonii Scuitellii commissarii perginensis defuncti anno 1694.

61. Melchiorii tridentini creati fuerunt S.R.I. liberi barones anno 1719 ante calendas iulias, taxam relaxante archiepiscopo electore moguntino, cuius minister Romae fuit usque ad an. 1718 quo obiit, Iosephus Melchiorius canonicus tridentinus. Creatus fuit Ioannes Baptista Melchiorius.

62. Georgius Sigismundus, et Iosephus Antonius fratres barones Melchiorii creati sunt S.R.I. Comites ab imperatore Carolo sexto die 25 ianuarii anno 1738. Vidi diploma membraneum cum sigillo maiori, germanice scriptum. Vidi quoque ipsummet diploma italice redditum, ac typis impressum in 4°. Iidem Comites nati sunt patre Ioanne Baptista, et matre Anna Maria Moscardina.

63. Comitissa Anna Maria Magdalena f.q. perillustris domini Adami Moscardini ripensis, vidua Melchioria, et deinde vidua Ioannis Caroli Bertoli de Mantua, an. 1762, vivens Mantuae.

64. Supra portam palatii Melchiorii in parvo lapide vidi annum 1577, ac supra huiusmodi lapidem insignia familiae similia iis, quae sunt in diplomate nobilitatis.

65. Sigismundus Georgius praedictus natus est die 20 ianuarii anno 1713 deque fonte sacro susceptus a Georgio Sigismundo de Sinnersperg graecensi, canonico, et suffraganeo tridentino, ac episcopo Nicopolitano. Sic notatum reperi ab eius patre in limine cuiusdam libri, ubi etiam illud *Sigismundus Georgius*.

66. Iosephus Antonius eius frater natus est anno 1715 die 28 maii. Vivit Avisii hoc anno 1799, sine filiis. Obiit ibidem hoc anno 1801, die...ò octobris ante 15.

67. Nobilis, et magnificus dominus Ioannes Odoricus Melchior medicus etc, habitator Tridenti anno 1584 die 17 iulii. In alia charta tridentina dictum reperi *de Clesio*.

68. Hieronymus, et Ioannes Baptista, et canonicus Iosephus fratres Melchiorii, anno 1724 quo Baptista et Iosephus inter vivos non fuerunt. Hieronymus fuit primogeniturae Iosephinae primus possessor: secundus Ioannes Baptista eius filius: tertius Sigismundus Baptistae filius. Hieronymus vixit anno 1724.

69. Anna Teresia Busetta avia Comitum Sigismundi, et Iosephi obiit Tridenti die 13 iunii 1741.

70. Anna Maria Magdalena Moscardina, mater eorumdem Comitum Sigismundi, et Iosephi, fuit filia sororis Comitum columnelli⁵⁶ caesaris Zampi mantuani: et ideo anno 1762 dicta Comitissa vidua Anna maria Magdalena Moscardina Melchioria Zampia. Come Iosephus avisiensis ab ea dicitur *Melchiori Zampi*. Hac de re multae sunt scripturae in archivo Melchiorio Tridenti, quod iussus cursim revolvi hoc anno 1790, diebus 10-13, 15 et 19 novembris. In eo vidi chartam Tridenti scriptam ante an. 1589 in qua protomedicus etiam Ioannes Odoricus Melchiorius dicitur civis Tridenti, quamvis id non habeat Matricula civium. Conferto num. 15.

71. Franciscus medicus, et Ioannes Antonius Melchiorii ab imperatore nobiles facti sunt anno 1562 intuitu et contemplatione ipsorum fratris Ioannis Odorici, prout constat diploma. Heu quot, et quanta ob temporis angustiam revolvens dictum archivum praeterire debui!⁵⁷

72. Anna Iulia Melchioria amita Sigismundi, fuit uxor doctoris Francisci Ignatii Sittii ab anno 1705.

Ex his conficitur series ista:

⁵⁶ Colonnello, *Tribunus* latine alioquin dicitur.

⁵⁷ Anno 1516 die 8 martii fuit testis Tridenti ser Federicus filius ser Valentini de Melchioribus de Thassullo Vallis Annaniae. Anno 1627 nobilis et excell. mus doctor Hieronymus de Melchioribus testis Tridenti.

- Bennassutus obiit ante an. 1461.
- 1461 Melchior eius filius notarius.
- Franciscus de Melchioribus notarius
- 1421 Bennassutus notarius eius filius, Baptista, Iacobus, et Ioannes eius fratres.
- 1529 Franciscus filius Bennassuti.
- 1549 Ioannes Odoricus medicus, Ioannes Antonius, et Franciscus medicus fratres, filii Bennassuti.
- 1565 Ludovicus, Hieronymus medicus, et Ioannes Baptista canonicus, filii medici Ioannis Odorici.
- 1629 Nobilis dominus Rudolphus Melchiori Tridenti in cola Pergini.
- 1630 Bartholomaeus, et Carolus Minorita Reformatus, patruelles canonici Baptistae.
- 1640 Ioannes Baptista
- 1650 Ignatius. Hic medici Hieronymi filius testamentum suum condidit Tridenti in domo sua die 31 maii 1666 Patavium profecturus ut curaretur a quodam ulcere: in quo praecepit cadaver suum Tridentum transferri si Patavii mortuus fuisset.
- 1689 Iosephus canonicus.
- 1700 Hieronymus frater canonici Iosephi.
- 1723 Ioannes Baptista filius Hieronymi. Primus baro.
- Sigismundus, et Iosephus Baptistae filii, Comites, a quibus factae sunt duae lineae tridentina, et avisiensis.
- 73. Quidam Melchiorius Tridenti anno 1722 fu preso da colpo apopletrico, sic, et alia leviora notante ipsius coniuge.
- 74. Ioannes Baptista Melchiorius composuit septemdecim epitaphia latina pro defuncto Suffraganeo tridentino, suoque compatre, Georgio Sigismundo de Sinnersperg, episcopo Nicopolitano. Vidi ea concinna, et propria ipsius manu scripta, volumen, seu libellum in 4^o maiore in palatio Melchiorio Tridenti. Unum ex iidem incisum lapidi exstanti in ecclesia s. Crucis edidi in catalogo Suffraganeorum Tridenti pag. 356 To. 4 Monum. Eccl. Trid⁵⁸.
- 75. Iosephus Melchiorius canonicus, institutor primogeniturae, fuit Romae viginti et amplius annis minister archiepiscopi electoris moguntini, et episcoporum Bambergae, ac Tridenti. Habitavit in palatio Farnesio, ubi etiam scripsit anno 1716 suum testamentum propria manu, et lingua italica. Primogeniturae suae indignum asseruit filium non oeconomum, giuocatore all'ingrosso, cacciatore clamoroso, reo di delitto di lesa maestà divina, o umana. Ita illi statuere placuit. Pro se reliquit celebranda tria Missarum millia, omnia super altaria privilegiata. Trecentos florenos in pauperes dioecesis tridentinae, ac praesertim Trameni, ubi Beneficium obtinuit, distribuendos reliquit. Scribere coepit volumen spissum in folio, alphabetico ordine digestum de quaestionibus variis, ac etiam de rebus historicis. Unde litera T. agit de civitate, et episcopatu Tridenti, Legavit unam tabulam pictam summo Pontifici, aliam archiepiscopo moguntino, aliam episcopo tridentino, aliam episcopo bambergensi, aliam

⁵⁸ Su pagellina inserita fra le pp. 90-91: "Il sig. Conte de' Melchiori paga annualmente: al Beneficio dei ss. Pietro, e Paolo carentani 16, stara 13 e mezzo di formento, stara 5 di segala, e conzali 5 di vino bollito.- Alla R.ma Mensa di Trento mostro brente 2, stara 1, mosse 6. – All'ill.ma città per l'affitto dell'osteria Zatella nel Borgo di s. Croce ragnesi 50. – All'ill.ma città per l'affitto della casa de' tre Mori nel Borgo di s. Croce ragnesi 150. – Al convento di s. Marco stara 4 di formento. – Al sig. Francesco bassetti fiorini 49, carantani 30".

Capitulo tridentino, aliasque aliis praelatis, et multas primogeniturae ab se institutae. Sed de eo satis⁵⁹.

76. Illustris, et excell. mus dominus Bartholomaeus Melchiorius civis Tridenti anno 1642.

77. Hieronymus Melchiorius capitaneus castris Pergini ab anno 1630. Creatus est doctor et medicus Bononiae 30 aprilis 1608. Vixit etiam anno 1641.

78. Elisabetha filia Comitis Iosephi Melchiorii avisiensis vivit innupta Avisii hoc anno 1790. Obiit ibidem die mercurii 26 iunii 1799, aetatis an. circiter 51.

79. Soror Lucia Hieronyma de Melchioris de Tridento monialis in monasterio Clarissarum ss. Trinitatis Tridenti, ubi sacrum induit habitum die 13 iunii anno 1639, professionem emisit anno 1640 cum dote rhenensium 800; et obiit ex apoplexia die 23 februarii an. 1676. Filia fuit medici Hieronymi, de quo supra num. 19. Dos eius fuit rhenensium 800 quam moniales fundarunt in loco Mesiani.

80. Ioannes Odoricus Melchiorius protomedicus imperatricis Mariae dicitur filius nobilis domini Bennassuti, ac maritus Barbarae Porrae mediolanensis, vita functus Tridenti 2 decembris 1585; sub eius effigie, quam fieri fecit anno 1789 ill. mus dominus Alexander Guarinonius ex- Iesuita tridentinus.

81. Nobilis dominus Benassutus Melchior anno 1603 confinis in burgo Clesii.

82. Haeredes Benassuti Melchior confines in burgo Clesii anno 1603, sic nominati in una eademque charta tamquam confines alterius domus. Alia charta 1603 scripta eodem die, ab eodem notario habet haeredes quondam Bennassuti Melchior.

83. Nobilis domina Margarita de Melchior coniuux clarissimi domini Ioannis Petri Lacus de Lugano consilarii principis tridentini, quae obiit ante annum 1683 quo etiam vir eius inter vivos non fuit, iam vita functus Tridenti, ubi fuit consiliarius anno 1635, italice dictus *Laghi*: To. 4 Diplom. num. 671. Filia eius Laura vixit anno 1683 Lugani uxor nobilis domini Francisci Quadrii.

84. Il molto illustre, e clarissimo sig. Gio. Battista Melchiori delle leggi dottore collegiato, e cittadino di Trento, e giudice delegato in certa causa anno 1691.

85. Illustre domini Hieronymus, et Iosephus filii perillustris, et excell. mi dominus Ioannis Baptistae Melchiorii anno 1666.

86. Iosepha Comitissa vidua Malfatti, orta Comitissa Melchioria, de qua num. 43, filiam suam unicam *Donna Giovanna* in uxorem dedit die 4 iunii 1798 lunae Tridenti a Filippo barone de Vukassovich da Segna croato generale maggiore nell'armata austriaca, e cavaliere dell'Ordine militare di Maria Teresa. Pro parrocho s. Mariae adstitit domi canonicus Vincentius Ferdinandus baro de Taxis Bordogna. Vidi pagellam typis editam more non veteri nobilium, huiusmodi matrimonii testem.

⁵⁹ An. 1662 haeredes quondam nobilis et admodum Rev. dominus Hieronymus de Melchioris confines al Melta in pertinentiis Garduli.

CAPUT DECIMUN

De familia Consolata⁶⁰

1. La famiglia Consolata recensetur in Matricula civium Tridenti reformata anno 1572 inter eas, quae civitatem obtinuerunt pretio exhibito, vel ex gratia, et quidem tertio loco, et ante notatas anno 1573.

2. Consolati tridentini sunt origine avolanenses, ubi dicti fuerunt Consolati della Filippa, prout mihi ultro asseruit die 25 mai hoc anno 1790 indomo sua apud s. Mariam Magdalenam ill.mus dominus Petrus Antonius Consolatus de Heiligenbrunn consul anno 1526. Avolani quoque sunt in hodiernum diem Consolati. Anno 1749 vixit Petrus Consolatus⁶¹.

3. Dominus Vincentius filius quondam domini Ioannis Mariae Consolati civis Tridenti, vixit saeculo sextodecimo inclinante: ex archivo Melchiorio. Fuit Tridenti anno 1548 Ioannes Maria, quondam ser Antonii Consolati. Anno 1561.

4. Misser Vincenzo Consolato exactor della magnifica comunità di Trento nel 1574, ex meo Chronico trinitario cap. 20, num. 243. Nunc exactor communitatis tridentinae dicitur thesaurarius.

5. Dominus Vincentius Consolatus civis tridentinus anno 1572: ex meo Spicilegio Cazuff. num. 346.

6. Vincenzo Consolato consul quartus Tridenti anno 1592. Nobilis dominus Vincentius f.q. nobilis domini Philippi Consolati civis Tridenti 24 decembris 1643.

7. Gio. Maria Consolato console di Trento nell'anno 1614. Nobilis dominus Ioannes Maria Consolatus anno 1628⁶².

8. Nobilis, et excellens dominus Oratius Consolatus fuit testis Tridenti anno 1616: ex Spicil. Cazuff. num. 305.

9. Nobilis, et excell.mus dominus Horatius Consolatus legum doctor, et civis Tridenti anno 1617: ex cit. Spic. Cazuf. num. 286.

10. Filippo Consolato console di Trento nel 1621, e 1622.

Magdalena Consolata uxor Andreae Pompeati anno 1630.

11. Horatio Consolato console di Trento nel 1623. Sic Albus consolum manuscriptus apud me [MS n. 29].

12. Filippo Consolato consule di Trento nel 1636, e 1637. Anno 1643 die 29 octobris nobilis dominus Philippus Consolatus olim civis Tridenti.

13. Horatio Consolato dottore arciconsule, o sia capo-console di Trento nel 1638, e 1639. Il dottor Consolato fu seppellito l'ultimo d'agosto 1643.

14. Venturinus de Consolatis anno 1630 fuit unus ex quatuor conductoribus Macelli tridentini.

15. Illustris domina Iunipera filia quondam illustris domini Thomae Cazzuffii a Paupergh olim civis Tridenti vidua relicta a quondam illustri, et excell.mo domino Horatio Consolato olim cive Tridenti anno 1644 die prima februarii. Ex Invent. Cazuff. num. 254.

Anno 1611 Madonna Isabetta Consolata.

⁶⁰ Videsis infra pag. 261 [Caput XXXI].

⁶¹ Anno 1491 unus ex undecim sindicis, et provisoribus totius communitatis Avolani fuit Antonius Consolatus.

⁶² Anno 1605 egregius dominus Vincentius filius quondam domini Ioannis Mariae Consolati civis Tridenti emit etc., habitator in Contrata Macelli.

Anno 1604 nobilis dominus Vincentius quondam domini Ioannis Mariae Consolati civis Tridenti.

16. Illustris domina Barbara vidua relicta a quondam illustri domino Philippo Consolato, et tutrix domini Horatii filii sui anno 1644. Ex cit. invent. ibi. Perillustris, et clarissimus dominus Felix de Albertis, illustris, et strenuus militiae capitaneus dominus Franciscus Gelfus, ac illustris, et excell. mus dominus Ludovicus Voltolinus fuerunt commissarii testamentarii a praedicto domino doctore Horatio instituti: ex Spicilegio nostro Cazuff. num. 251⁶³.

17. Nobilis domina Iunipera uxor nobilis, et excell. mi doctoris domini Horatii Consolati civis collegiati Tridenti anno 1634 in Contrata s. Mariae Magdalenae in hypocausto domus suae. Ex Invent. et Spic. Cazuff. num. 447.

18. La molto illustre signora Ginevra vedova lasciata dal molto illustre, et excell. mo signor dottor Orazio Consolato. Il magnifico signor Bortholamio Benolo tutore, o sia curatore del nobile sig. Oratio figlio del quondam nobile sig. Filippo Cosolato, ed erede universale del predetto signor dottor Oratio, l'anno 1655: ex Spicil. cazuff. num. 215.

19. Nobilis dominus Franciscus Consolatus f. q. praedicti domini Philippi Consolati anno 1655: ex cit. Spicil. num. 216.

20. Perillustris domina Iunipera Cazzuffia, perillustris domini Thomae Cazzuffii a Paupergh patricii Tridenti amita, et vidua relicta a quondam perillustri, et excell. mo domino Horatio Consolato iurisconsulto, olim collegiato Tridenti, anno 1657. Ex Invent. Cazuf. num. 217.

21. Nobilis dominus Hoartius f. q. nobilis domini Philippi Consolati haeres universalis anno 1657. Ex cit. Invent. ibi.

22. Nobilium Consolatorum Mansus *all'Aer*, dictus etiam *all'Aier*, anno 1657. Situs est ad dexteram Athesis in agro Pedecastellano.

23. Vincenzo Consolati console di Trento nel 1703, 1707, 1711, 1712, 1716, 1722, et 1729. Capitano di Pergine dal 1727.

24. Filippo Consolati console di Trento nel 1750, et 1754. Obiit Tridenti die 10 aprilis an. 1764 et sepultus fuit me praesente die 11 in ecclesia parochiali s. Mariae Magdalenae. Filia eius nupsit Matthaeeo Levici.

25. Camilla Consolata de Tridento, nata die 26 iunii anno 1711 monialis Clarissa chorista in monasterio tridentino ss. Trinitatis sub appellatione sororis Mariae Annae Camillae de Pace Iesu, decessit in eodem monasterio die 30 ianuarii anno 1784, aetatis suae 73. Velata fuit die quinta septembris anno 1734. Ego per triennium fui etiam ipsius confessarius dum essem dicti monasterii confessarius. Eiusdem ut monialis effigiem vidi in aedibus Consolatis ad s. Magdalenam. Vide infra num. 42.

26. Dominus Antonius Consolatus iuris utriusque doctor obiit Tridenti die 24 ianuarii anno 1754.

27. Perillustris dominus Simon Consolatus de Heiligenbrunn sacerdos obiit Tridenti apud s. Magdalenam die 28 iunii anno 1761, eiusque funeri et ego interfui.

28. Perillustris, et excell. mus dominus Iosephus Horatius Consolatus medicus physicus practicus, et poeta, fuit consul Tridenti anno 1764 et post brevem infirmitatem vivere desiit in Contrata Mortis die 27 februarii anno 1768, fuitque sepultus me praesente apud s. Mariam Maiorem die dominico 28, aetatis suae anno 58. Ipsum

⁶³ Anno 1669 nobilis dominus Carolus f. q. nobilis domini Philippi Consolati civis Tridenti. Nobilis dominus Ioannes Maria Consolatus civis Tridenti eius frater. Anno 1665 praenobilis dominus Horatius f. q. nobilis domini Philippi Consolati civis Tridenti. Anno 1669 dominus Carolus Consolatus. Anno 1621 nobilsi dominus Philippus Consolatus civis Tridenti.

laudavi in Bibliotheca Tirol. verbo *Poeti Minori*, et in Medicaeo tridentino decade quinta⁶⁴.

29. Petrus eiusdem Iosephi Consolati filius uxoratus obiit athicus paucis ab hinc annis, dum habitaret in Platea Magna, idest die 15 decembris an. 1781, aetatis 38. Vivit etiam hoc anno 1799 eius olim uxor Maria Anna in Contrata s. Magdalenae. Nobilis dominus Petrus Consolatus anno 1781 fuit notarius collegiatus Tridenti.

30. Philippus Iosephus Consolatus presbyter, eiusdem Petri frater, aetatis annorum 55, vivit Tridenti, in parochia s. Petri.

31. Antonius Consolatus de Heiligenbrunn, habitans apud s. Mariam Magdalenam, presbyter caecus, et surdus aetatis an. 78, vivere cessavit Pahi, in vico Panthaeo, die 2 octobris 1789, fuitque sepultus in illo tumulo sacerdotum die sabati 3 octobris.

32. Simon Antonius Consolatus presbyter, eiusdem Antonii nepos, aetatis annorum 59 vivit Tridenti, creatus S.R.I. Comes hoc anno 1790 cum Vincentio fratre suo, a Vicario imperiali Carolo Theodoro electore, ac Duca bavarico. Apoplexiae morbo correptus Tridenti die 31 martii 1797 vivere desiit die iovis sexto aprilis 1797.

33. Vincentius Consolatus de Heiligenbrunn, creatus S.R.I. Comes hoc anno 1790, filius quondam Philippi. Nunc est Consolatus de Heiligenbrunn, et Baumhoff. Pauhoff, Paumhoff, Pahihoff⁶⁵.

34. Elisabetha filia quondam nobilis domini Petri Antonii Perotti civis Tridenti est uxor eiusdem Vincentii. Obiit Tridenti die 20 augusti 1791, sepulta apud s. Mariam Magdalenam die dominico 21 post Vesperas me praesente.

35. Philippus Nerius Petrus Consolatus, Vincentii filius, est consiliarius aulicus Tridenti, de quo in Bibliotheca Tirol. Natus cir. an. 1753, uxorem duxit die mercurii quattuor temporum 28 februarii 1798, filiam quondam Comitis Iosephi Lodronii tridentini.

36. Petrus Antonius Consolatus, Vincentii filius, est consul anno 1789 civitatis Tridenti. Uxorem duxit anno 1803 mense februario mediante Iosepham filiam Comitis Hieronymi Guarienti civis Tridenti domini castrorum Seregnani, et Malusci, quia Lodronia infoecunda est. Eodem anno 1803 factus est archiconsul, et a die 20 octobris baptizari fecit filium suum primogenitum.

37. Ursula Consolata, Vincentii filia coelebs vivit etiam hoc anno 1799, 1803, 1805.

38. Il sig. Orazio Consolato di Trento anno 1681: ex nostro Chron. Trinit. cap. 37, num. 418.

Simon Consolatus filius iunior Vincentii hoc anno 1803, 1805.

39. Il molto illustre sig. Orazio Consolato an. 1683: ex cit. Chronico ibi num. 427. Il molto nobile sig. Orazio f.q. molto illustre sig. Filippo Consolato 1671.

40. Misser Vincenzo Consolà procurator della comunità di Trento nel 1577.

41. Ser Vincentius Consolatus consul civitatis Tridenti anno 1578 die 20 octobris, etsi desideretur in catalogo consulum. Titulus *ser* datur etiam aliis consulibus, exceptis tantum duobus Gaudento, et Galasso, quibus datus fuit tit. *Domini*.

42. Soror Camilla Francisca Antonia Consolata de Tridento, nata die 16 ianuarii an. 1701, monialis chorista Ordinis s. Clarae in monasterio tridentino s. Michaelis, velata die 25 maii an. 1723 sub titulo de Misericordia Dei, ac professa die 25 maii anno 1724. Obiit ibidem die 8 martii anno 1770 aetatis 70. In saeculo dicta fuit Lucretia Elisabeth.

⁶⁴ Philippus Consolatus tridentinus studiosus logicae Tridenti anno 1804.

⁶⁵ Anno 1744 die 9 ianuarii dominus Vincentius Consolatus Tridenti humanista, baptizatus 26 martii 1728, fuit acceptatus ad Ordinem nostrum.

43. Nobilis, et excell.mus dominus Horatius Consolatus filius nobilis domini Ioannis Mariae Consolati signiferi, civis, et collegiatus Tridenti anno 1618 die 29 septembris.

44. Rev. dominus Iosephus Consolatus est unus ex iis, pro quibus anniversaria celebrant RR.PP. Somasceni in ecclesia parochiali s. Mariae Magdalенаe Tridenti. Vixit anno 1721.

45. Praenobilis dominus Franciscus Consolatus tridentinus anno 1663 die prima aprilis.

46. Dominus Vincentius Consolatus aurifex Tridenti anno 1578.

47. Dominus Horatius Consolatus tridentinus anno 1665.

48. Ser Vincentius Consolatus consul Tridenti anno 1578.

Continuazione: Caput XXXI: De familia Consolata secundo: pp. 261-262.

49. Anno 1691. Il molto illustre sig. Francesco quondam Filippo Consolati cittadino di Trento. Il molto illustre sig. Gio. Maria Consolati di lui fratello. Li signori figli, ed eredi quondam sig. Carlo Consolati altro fratello di Francesco. Il quondam nobile, ed ecc.mo sig. Horatio Consolato, qui vixit anno 1638. Il quondam sig. Carlo Consolati. P. Oratio Consolati. Filippo Consolato. Carlo Antonio Bianchi curatore de' figli quondam sig. Carlo Consolati⁶⁶.

50. Anna Consolata, orta Tridenti die 10 maii anno 1669 fuit monialis chorista in monasterio Clarissarum s. Michaelis extra muros Tridenti, ubi velum accepit die 30 nov. 1693; professionem emisit die 2 decembris an. 1694 sub nomine Sororis Annae Mariae, ac obiit die 22 maii an. 1751.

51. Maria Magdalena Consolata uxor Andreae Pompeati obiit Tridenti anno 1649. Vide supra caput XXVIII, pag. 227, n. 28.

52. Anno 1721 nobilis et A.R.D. Iosephus tridentinus. Vide infra n. 60.

53. Anno 1677 Ioannes Maria Consolatus fuit unus ex adiunctis Magistratus consularis Tridenti.

54. Anno 1583 Vincenzo Consolato tesoriere della magnifica comunità di Trento in un libro di colte ha scritto: Adì 14 zenar 1583, R.^{si} trenta otto da dar a Mr. Antoni Onferdorben.

55. Anno 1798 Philippus *Nerius* Comes Consolatus uxorem duxit filiam quondam Iosephi Comitis Lodronii Tridenti in palatio Lodroniano apud ss. Trinitatem. Eos coniunxit nomine Petri Vigiliui episcopi, ac principis tridentini Simon canonicus Zambaitius Vicarius Generalis die mercurii quattuor temporum Quadragesimalium, hora nona noctis 28 februarii. Sterilis est hoc anno 1801 die 2 decembris, et anno 1803⁶⁷.

56. Anna filia quondam Petri Consolati, de quo supra Cap. X, num. 29, coelebs, ac ethica obiit Tridenti in Platea Magna, inque domo Salvotta die 28 iulii 1798, ac sepulta fuit a parcho Mariano die dominico 29 post Vesperas.

57. Anno 1633 nobilis, et excell.mus dominus Horatius Consolatus consiliarius venerabilis Confraternitatis gloriosissimae Virginis Mariae a Misericordia orphanorum Tridenti.

⁶⁶ Anno 1661 nobilis dominus Franciscus Consolatus civis Tridenti, attinens nobilium dominorum Antonii, et Bernardini de Gottardis civium Tridenti.

⁶⁷ Anno 1800 die veneris 31 octobris Tridenti Franciscus Comes di San Julien viennensis generalis, et paulo post locumtenens Mareschallus militiae austriacae, uxorem duxit aliam filiam quondam Comitis Iosephi Lodronii.

59. Anno 1587 die 3 februarii egregius dominus Vincentius filius quondam domini Ioannis Mariae Consolati civis Tridenti, emit affictum Cognolae.

60. Anno 1739 ill.mus dominus, et admodum rev. dominus Iosephus Consolatus executor testamentarius presbyteri Iosephi de Stephanis tridentini.

61. Anno 1703 Iosephus Consolatus notarius, ac collegiatus Tridenti.

62. Anno 1805 die martis 26 novembris anniversaria suarum nuptiarum, hora cir. sesquidecima nocturna, Tridenti in domo sua prope s. Magdalenam obiit ill.mus dominus Comes Vincentius Consolatus.

CAPUT UNDECIMUM

De familia Donata

1. L'eccellentissimo signor Francesco Girardo, et Alfonso fratelli Donati anno 1634 facti sunt cives Tridenti. Fuerunt de Sisto, vulgo Sesto, viculo Iudicariae Bletiensis⁶⁸. Nam

2. Odoricus Donatus de Sisto plebis Blecii, filius quondam Francisci Donati, fuit archipresbyter Calavini ad an. 1573, ac 1589: ex meo Parochiali tridentino cap. 15.

3. Dionysius Donatus filius Nicolai filii quondam Francisci de Sisto plebis Blecii fuit presbyter, et cappellanus Calavini ad an. 1588, et 1593. Beneficiatus s. Petri de Lasino ab an. 1588; Subdiaconus tantum an. 1586. Ex cit. Parochiali.

4. Franciscus Donatus tridentinus fuit curatus Matarelli ab anno 1672 usque ad diem 24 nov. 1690.

5. Nobilis dominus Franciscus de Donatis plebis Blezii tridentinae dioecesis fuit Tridenti testis cuiusdam actus publici anno 1619: ex cit. Parochiali, cap. 91.

6. Thaddaea filia nobilis domini Ioannis Gaudentii de Gaudentis civis Tridenti orta die 13 iulii an, 1615 nupsit nobili et excellenti domino Francisco Geraldo filio quondam domini Francisci Donati die 26 iunii anno 1635 in ecclesia cathedrali Tridenti. Ex mea Chronologia Gaudenta ad an. 1615, et 1635.

7. Dominus Alphonsus Donatus fuit praesens celebrationi dicti matrimonii anno 1635.

8. Alfonso Carlo Giuseppe Donati comparisce come poeta nel 1716; fu console di Trento nel 1718 e lodesi come *Gentiluomo di alto sapere* nella vita del P. Marco Vigilio Formenti rivano Gesuita, stampata in Roma l'anno 1730, pag. 3 dal P. Francesco Maria Galluzzi, perché rese buona testimonianza del predetto Formenti suo condiscipolo.

9. Gabriele Antonio Donati fu console di Trento nell'anno 1754 e 1762. Morì avanti l'anno 1768 in Trento, essendo io lontano da Trento sul Veneziano.

10. Paola figlia del quondam sig. Niccolò Bettini di Roveredo, fu moglie del suddetto sig. Gabriele Donati, ed essendo vedova finì di vivere in Zello sopra Cognola, luogo di sua villeggiatura, gli undici d'ottobre del 1767, in età d'anni 54 e più. Fu seppellita in s. Maria Maggiore di Trento ai dodici, essendo presente anch'io, che qualche volta fui di lei confessore.

11. Francesco Gaudenzo Donati, fratello di Gabriele, fu console di Trento nel 1764 e 1768. Morì ai cinque di giugno del 1784 in età d'anni 86 in Trento, e fu seppellito in s. Maria Maggiore, lasciando dopo di sé la sua moglie d'anni 88. Vide infra cap. 47, num. 20.

12. Nicolina figlia di Gabriele Donati visse nel 1767 maritata sul Veronese.

⁶⁸ Vide infra num. 6.

13. Niccolao figlio di Gabriele Donati fu console di Trento nel 1787. Ha per moglie una figlia dell'ora Conte Domenico Antonio Salvetti di s. Lazzaro patrizio di Trento, nominata Margarita, che morì li 22 aprile 1803.

14. Francesco Donati altro figlio di Gabriele, vive celibe.

15. Giambattista Donati terzo figlio di Gabriele, vive celibe.

16. Questi tre fratelli sonosi fatti Conti del S.R.I. in quest'anno 1790. La loro abitazione sta presso la chiesetta di san Benedetto, colla quale confina verso mezzogiorno.

17. Franciscus de Donadis occurrit in charta scripta Tridenti anno 1635, sed fuit de Civezano, ubi decessit die 26 nov. 1671, aetatis suae 48, post se relicta uxore Catharina quondam Bernardini de Rubeis, teste archipersbytero Carolo Pompeato *nelle Memorie di Civezzano* edit. 2, Trid. 1790, pag. 10.

CAPUT DUODECIMUM

De familia Pompeata⁶⁹

1. Giorgio, e Giovanni fratelli Pompeati furono riconosciuti per antichi cittadini di Trento li 29 agosto dell'anno 1671. Ita catalogus, seu Matricula civium ad dictum annum, quia nulla est Pompeatorum memoria vetustior in eadem Matricula, etsi revera fuerint cives etiam ante an. 1671, nam ex Albo consulari constat, quod

2. Giacomo Pompeato fuit consul Tridenti anno 1575; cancellarius civicus anno 1569.

116. Mater Soror Maria Teresia Sitia monialis Capuccina in monasterio s. Mariae Angelorum Capreoli dioecesis brixienensis a Brixia 18 P. M. distantis, obiit cum fama sanctitatis die quinto ianuarii anno 1785. Filia fuit Francisci Antonii Sittii tridentini, baptizata Tridenti in ecclesia S. Mariae Maioris sub nomine Annae die 19 febraurii 1716, monasterium ingressa est anno 1733; habitum seraphicum induit die 20 octobris 1734; professionem emisit die 10 nov. 1735. Fuit pluries abatissa. Eam fuso calamo laudat Horatius Claramontius in libro, cui tit. *Ordine di ammettere le vergini all'ingresso nel monastero, e vestire l'abito Regolare, e far professione ecc. In Brescia 1792*¹¹⁷.

¹¹⁵ Anno 1509 Baptista *Sbardellà* fut provisor Roboreti.

¹¹⁶ Anno isto 1795 die 21 ianuarii unus ex filiis Hieronymi Sittii, utpote tardioris ingenii, cingulum militiae induit Tridenti in regimine nobili, ac splendido Ducis Borbonici de Condé galli contra gallos euntis, sed domum rediit. Anno 1580-1584 misser Piero Sizzo marchante in Trento.

¹¹⁷ Presbyter Horatius Chiaramonti confessarius monialium Benedictinarum s. Spiritus Bixiae anno 1792. Hac die 2 maii 1797 accepi librum inscriptum: *Vita della serva di Dio Suor Maria Teresa Sizzo di Trento Cappuccina nel monastero di Capriolo. In Bergamo, dalla stamperia Locatelli MDCCIVC sine ly Con lic. de' Sup. in 4°, pp. 112 scripta per G.R.*

117. Anno 1488 die 16 februarii Petrus dictus Sizo quondam Christophori de Bergamo civis, et habitator Tridenti. Ex Rogitis Antonii a Berlina, teste notario Iospeho de Castro Trilaci hoc anno 1794.

118. Anno 1795 mense ianuario Giuseppe Conte Sizzo de Noris di Trento cum pluribus aliis factus est cubicularius, vulgo *ciambellano*, Electoris Palatini, idest Caroli Theodori Ducis Bavariae, Comitis Palatini ad Rhenum, et Electoris Palatini, secundas nuptias celebraturi mense februario cum archiducissa Leopoldina mediolanensi. Id positum fuit in ephemeridibus tridentinis fol. XI 6 febr. 1795. Filius est Comitis Philippi. Sed Dux Carolus obiit hoc anno 1799 die 16 februarii Monachii ex ictu apopleptico.

CAPUT XX

De familia ab Aquila

1. Anno 1646 die 13 martii Andrea dall'Aquila fu dichiarato antico cittadino di Trento per sentenza dell'illustre Magistrato consolare. Sic Matricula civium tridentinorum.

2. Anno 1446 Michael ab Aquila fuit sextus consul Tridenti.

3. Anno 1716 Gio. Gottardo Aquila procurator civitatis Tridenti.

4. Anno 1753 Andrea dall'Aquila dottor consul Tridenti. Sic etiam anno 1757, 1761, 1767.

5. Anno 1763 Leonardo dall'Aquila notaro, cancellarius ill.mi Magistratus consularis Tridenti. Sic etiam anno 1775, 1776. Consul Tridenti an. 1778, 1782, 1786, 1787, ac 1791, frater Andreae.

6. Anno 1502 Matthaes quondam Gottardi ad Portam Aquilae civis Tridenti.

7. Anno 1513 Matthaes ab Aquila posuit suum sepulchrum Tridenti in ecclesia parochiali s. Mariae Magdalenae cum hac inscriptione: *Sepultura Mathei ab Aquila, et successorum 1513*¹¹⁸.

8. Anno 1520 Matheus ab Aquila bergomensis, et civis tridentinus manu propria literas dedit Bernardo Clesio episcopo tridentino, quas egomet legi.

9. Anno 1526 Odorico da l'Aquila civis Tridenti habitator in Contrata Athesis, in Contrata s. Martini subtus Cantonum, *alle Ostarie grandi*.

10. Anno 1526 Marta de Odorigo da l'Aquila habitatrix in dicta Contrata s. Martini Tridenti; sed seorsim ab Odorigo.

Anno 1635 Andrea dall'Aquila cittadino di Trento.

11. Anno 1649 magnificus dominus Andreas Aquila civis Tridenti, habitator in Contrata s. Mariae Magdalenae. Sic etiam anno 1650.

12. Anno 1649 Ioannes Gothardus Aquila filius magnifici domini Andreae Aquilae, civis Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius, collegiatusque Tridenti. Sic etiam an. 1668, 1682, sed sine nota genitoris.

13. Anno 1716, et 1720 Ionanes Gothardus Aquila notarius Tridenti.

14. Anno 1790 Fridericus Aloysius ab Aquila filius domini Leonardi, ac iuris utriusque doctor. Consul Tridenti an. 1797, et 1798. Consiliarius sub gallis anno 1801.

15. Anno 1791 Mater Soror Ioanna Margarita de Modestia sancti Ioseph, soror domini eonardi ab Aquila, orta die quinta maii an. 1720 monialis Clarissa in monasterio

¹¹⁸ Matio dalagola [*agola* in dialetto = *aquila*] obiit Tridenti anno 1524 die 20 martii. Maté di laguila fratello della Fradaia nova sepellito li 21 marzo 1524.

s. Michaelis Tridenti fuit velata die 5 novembris 1741. Vivit ex Vicaria. Obiit die 29 septembris 1803, aetatis 84. Fui eius confessarius per triennium, et ultra.

16. Anno 1769 die 29 martii, hora undecima matutina Tridenti apud s. Mariam Magdalenam obiit octuagesimum nonum aetatis annum agens domina Margarita de Martinis vidua Aquila, Tertiaria S.P.N. Francisci, et mater dominorum Andreae, ac Leonardi ab Aquila.

17. Anno 1772 die 14 decembris Tridenti apud s. Magdalenam obiit festinanter admodum clarus dominus Andreas ab Aquila civis Tridenti I.U.D. olim consul urbis, et rector magnificus Collegii almi doctorum, fraterque Leonardi, dictus Andreas Carolus.

18. Anno 1776 die 2 ianuarii Tridenti in Via Lata obiit domina Coecilia, orta die 23 ianuarii 1755 patre doctore Andrea ab Aquila, uxorque a februario anni 1774 medici Dominici Zucchelli, sepulta in s. Magdalena apud patrem suum. Obiit post primum suum partum.

19. Anno 1777 die quinta novembris Tridenti apud s. Magdalenam obiit anno aetatis suae 89 innupta domina Lucia ab Aquila soror quondam notarii Ioannis Gothardi, filia Andreae, atque amita doctoris Andreae Caroli.

20. Anno 1754 die 20 ianuarii Tridenti obiit dominus Gothardus de Aquila.

21. Anno 1790 die 25 novembris Tridenti apud s. Mariam Magdalenam obiit domina Camilla de Gothardis tridentinis vidua doctoris Andreae ab Aquila sine filiis.

22. Anno 1791 vivit domina Rosalia soror quondam doctoris Andreae ab Aquila coelebs. Obiit Tridenti die 2 iulii 1799. aetatis suae 84.

23. Anno 1791 vivit domina Margarita uxor domini Leonardi ab Aquila, et soror ex-parochi Francisci Andreae de Capris tridentini. Obiit die prima februarii 1805.

24. Anno 1785 die tertia iunii Tridenti con Contrata Teutonica obiit domina Teersia soror domini Leonardi ab Aquila et uxor doctoris Ioannis Iacobi Travalea de Monte Calavino civis Tridenti aetatis annorum 74.

25. Anno 1608 reverendus misser Per Antoni da l'Aquila, con un suo fratello in Trento.

26. Anno 1609. Il rev. misser Pre Antonio da l'Aquila, che sta a s. Maria Maddalena in Trento.

27. Anno 1504 Matthaeus quondam Gotardi ab Aquila civis, et habitator Tridenti.

28. Anno 1505 Federicus filius Matthaei bergamaschi fuit testis Tridenti.

29. Anno 1682 il sig. Gio. Gotardo Aquila notaro di Trento.

30. Anno 1577 dominus Federicus dictus ab Aquila filius domini Hieronymi de Romanis de Viadana haeres sequentium Matthaei, et Simonis.

31. Anno 1577 quondam reverendus dominus presbyter Mattaheus Guarengus dictus ab Aquila olim Beneficiatus in ecclesia cathedrali sancti Vigilii Tridenti.

32. Anno 1577 quondam dominus Simon Guarengus dictus ab Aquila civis Tridenti, et pater dicti persbyteri Matthaei.

33. Anno 1508 haeredes Bertoli ab Aquila de Tridento.

34. Anno 1508 magister Petrus aurifex filius quondam ser Odorici ab Aquila civis, et habitator Tridenti in Contrata Cantoni.

35. Cognomen *ab Aquila* forsitan derivatum a signo hospitii, quemadmodum alia cognomina tridentina certo certius derivata fuerunt, nempe *a Rosa*, *a Pisce*, *a Cabaletto*, *a Sole*.

36. Anno 1428 et iterum anno 1433 Floriano dall'Agola fuit massarius Domus de Misericordia Tridenti, quae nunc dicitur Domus Dei. Porro *Aquila* penes nostros tridentinos rudiores etiam hodie nominatur *Agola*: et apud hispanos *Aguila*.

37. Anno isto 1799 die 2 iulii Tridenti vivit domina Lucretia de Aquila soror innupta domini Leonardi, aetatis an. 88, sed lecto adfixa. Obiit die undecima mensis martii anno 1801, aetatis suae 90 circ.

38. Anno 1805 Fridericus Aloysius ab Aquila missus fuit Viennam ad caesarem cum Com. Ioannello a Magistratu tridentino contra propugnacula nova Tridenti; sed frustra.

CAPUT XXI

De familia dominorum Spaurensium Anauniae

1. Antonius de Spaur interfuit pugnae ludierae tigurinae anno 1165, teste Comite Maximiliano Mohr in manuscripta serie Familiarum nobilium Provinciae Tirolensis ab anno 1000 usque ad an. 1500, exhibita in eius descriptione Comitatus Tirolensis. Qui quidem auctor subdit, quod nobiles de Spaur dicuntur descendentes ex familia de Purgstall¹¹⁹.

2. Walterius de Spur anno 1185.

3. Mainelmus de Spur anno 1190.

4. Marsilius de Sporo anno 1208.

5. Marsilius de Spurio curator Samueli filii quondam Valconis de Petro de Malusco causidico, et dominae Primerae uxoris dicti quondam Valconis anno 1210.

6. Dominus Iohannes filius domini Nicolai de Sporo anno 1313.

7. Nobilis dominus Ieremias de Sporo Vicarius Iudicariae in civilibus, et criminalibus causis pro domino Fratre Henrico episcopo tridentino anno 1324. Honorabilis, et sapiens vir dominus Ieremias de Sporo Vicarius in Iudicaria venerabilis in Christo Patris domini Fratris Henrici Dei et apostolicae Sedis gratia episcopi tridentini anno 1325.

8. Dominus Otto de Sporo Maiori Vicarius, et ius reddens in toto Comitatu Spori per nobilem, et potentem militem dominum Volchmarium de Porcstall ibidem capitaneum pro serenissimo principe domino Heinrico inclito rege Bohemiae, Duce Carinthiae, Comite Tyrolensi, et Ecclesiae tridentinae advocato anno 1329 in villa Spori Maioris, in platea communis¹²⁰.

9. Familiae de Sporo, et Flavonio desierunt inter an. 1320, et 1330. Volchmarius de Burgstall primus burgravius Tirolis, et capitaneus Athesinus, investitus fuit de ipsorum Comitatus Spori, Flavoni, Castri Valerii, et Castri Visionis: et hinc eius posterii appellati fuerunt domini de Sporo. Ita ex Bartholomaeo Tomazollo in Epistolario pag. 25.

10. Agnes de Burchstall soror domini Volchmarii de Burchstall castellani tyrolensis, et uxor domini Alberti de Formiano circa annum 1330.

¹¹⁹ Dossum buschivum dictus el Castelaz, germanice Burgstol, in quo fuit castrum situm in pertinentiis villae Mecii s. Petri. Charta tridentina an. 1517 in qua de dominis de Sporo.

¹²⁰ Sanguerra filius naturalis domini Otonis de Sporo fuit testis Lomassi anno 1325 coram Vicario Ieremia de Sporo. – Magnificus, potens, et generosus dominus Leonardus de Sporo anno 1506. Ill. mus dominus Gratiadeus baro de Spaur de Castro Flavoni anno 1615. – Ill. mus dominus Hieronymus Comes a Spaur, et Valer serenissimi Comitatus Tyrolis pincerna anno 1672. Obiit in Castro Valerii die 17 novembris 1701 aetatis suae 92. – Ferdinandus Comes a Spaur, et Valer, Sacrae Caesareae Maiestatis camerarius anno 16712. – Ioannes Comes a Spaur consiliarius caesareae maiestatis anno 1672. – Anna Martha Comitissa Kinigl, uxor Comitis Ferdinandi a Spaur, obiit in Castro Valerio ex partu die 6 iulii 1687.

11. Volchmarius de Purchstall fuit Tridenti anno 1338.
12. Domina virgo Elleysa filia domini Volchmari de Purchstal anno 1342 vendidit tria iugera terrae vineata, sita in territorio capellae Trameni, conditionis feudalis Ecclesiae tridentinae, et quatuor carratas vini ficti tramenensis mensurae.
13. Oswaldus frater naturalis domini Volchmari de Purchstal habitator in Valle Passira, fuit Marani testis anno 1342.
14. Familia de Spaur fuit una ex descriptis in Matricula nobilium Provinciae tirolensis anno 1360.
15. Marcus, et Pelegrinus fratres, et filii quondam Walterii de Sporo Maiori anno 1364, vassalli Ecclesiae tridentinae.
16. Ioannes filius quondam Francisci de Sporo Maiori anno 1364, vassallus, ac feudatarius Ecclesiae tridentinae.
17. Petrus quondam Benevenuti dicti Rubei de Sporo Maiori anno 1364, feudatarius Ecclesiae tridentinae.
18. Nobiles de Castro Burgstall, creati burgravii anno 1335, desierunt anno 1369 sicuti tradit Mohrrius in citata Serie familiarum. Sed vide infra.
19. Dominus Volchmarius mareschallus fuit Tridenti ceu testis anno 1375. In Comitum Spauensium arbore genealogica, quam anno 1762 vidi in castro Petrinediensi, tamquam stipes occurrit Volchmarius de Purchstall.
20. Petrus, et Matthaesus fratres de Sporo anno 1391 feudatarii Ecclesiae tridentinae.
21. Nicolaus Zenari dicti Zuchi, quondam Robini de Sporo Minori anno 1391 die 6 augusti in Spauo a domino Georgio episcopo tridentino fuit investitus de una parte decimae ibidem etc.
22. Matthaesus de Sporo anno 1394.
23. Petrus miles de Sporo anno 1400 die 18 octobris.
24. Dominus Aymo de Clexio habitator Flavoni quondam ser Nicolai de Sporo anno 1403, sed
25. Nobilis vir Waltherius f.q. nobilis viri Marchi olim Waltherii de Sporo Maiori anno 1405.
26. Quondam ser Marchus quondam Gualterii de Spuro anno 1406 feudatarius Ecclesiae tridentinae vita functus circa annum 1398.
27. Bertoldus nepos dicti Marchi defunctus circa annum 1400.
28. Gualterius filius dicti Marchi anno 1406.
29. Marsilius filius dicti Bertoldi defunctus circa annum 1405.
30. Petrus de Sporo capitaneus Tridenti anno 1407.
31. Petrus de Sporo anno 1410.
32. Petrus de Sporo miles anno 1416, et 1419.
33. Olim Waltherius de Sporo anno 1424¹²¹.
34. Christophorus quondam Leonardi de Sporo anno 1474, fuit ab episcopo tridentino investitus de feudis, quae Waltherius de Sporo habuit ab Ecclesia tridentina in Sporo Maiori.

¹²¹ Anno 1666 die XI decembris obiit Carolus Comes a Spaur et Valer aetatis an. 32 circiter. – Anno 1696 Iosephus Comes a Spaur, et Valer fuit camerarius caesareus, et consiliarius Oeniponti, capitaneus Levici, et Castri Silvae, necnon pincerna haereditarius Comitatus Tyrolis. – Anno 1661 die prima iunii Rosina filia ill.mi Comitum Hieronymi a Spaur, et Valer, domini in Fay, et Zambanae, haereditarii pincernae Comitatus Tyrolis, nupsit Michaeli Ferdinando baroni de Clesio, cubiculario haereditario Comitatus Tyrolis, et actuali R.mi archiepiscopi salisburgensis.

35. Nobilis miles dominus Matthaëus quondam domini Baltassaris de Spuro anno 1405 die 17 augusti in castro Tuyeni a domino Georgio episcopo tridentino fuit investitus de decima panis, vini, leguminum, et nutrimorum villae, ac pertinentiarum Vervoy, quam ab aliis emit.

36. Bartholomaeus quondam Antonii dicti Bicoca quondam Caroli de Sporo Minori, anno 410 die 10 febraurii Tridenti in Castro Boni Consilii a domino Georgio episcopo tridentino impetravit renovationem investiturae de suis feudis, nempe de quadam decima in certis petiis terrae, et de una domo in dicta villa, et aliis bonis feudalibus, quae idem Bartholomaeus emit a domina Agnola de Sporo Minori habitatrice Paduae. Sed hoc non spectat a dominos de Sporo Maiori.

37. Nobilis, et potens vir dominus Georgius de Sporo capitaneus Castri novi, et Vicarius Rippae, Tenni, et pertinentiarum pro domino episcopo tridentino anno 1434.

38. Georgius de Spaur capitaneus Ripae anno 1435.

39. Ioannes de Spaur anno 1435, ac 1441.

40. Nobilis, et potens vir dominus Sigismundus de Sporo honorabilis Vicarius generalis in Vallibus Ananiae et Solis anno 1435¹²².

41. Egregius miles Petrus de Sporo, et dominus Matthaëus eius frater anno 1385.

42. Nobilis miles dominus Matthaëus de Sporo Vicarius in Valle Ananiae pro domino Georio episcopo tridentino anno 1394.

43. Strenuus miles Petrus de Sporo consiliarius, et Vicarius temporalis iurisdictionis Vallium Annaniae, ac Solis, eiusque frater uterinus Mathias, et ipsorum haeredes masculi anno 1382 die ultimo septembris Tridenti in Castro Boni Consilii a domino Alberto episcopo tridentino fuerunt inestiti de una decima super monte Fayò quondam Antonii de Pissavacca¹²³.

44. Egregius et potens miles dominus Petrus de Spuro honorabilis Vicarius in Vallibus Annaniae ac Solis an. 1412, et 1416; 1419 captus fuit episcopus Georgius de Liechtenstain princeps Tridenti et receptus in Castro de Sporo sub custodia eiusdem Petri de Sporo ubi venenatus occubuit, eiusque cadaver tractum fuit Tridentum, et in cathedrali ecclesia sepultus.

45. Sigismundus de Sporo Vicarius generalis Vallium Ananiae ac Solis, filius quondam spectabilis viri Marci de Sporo an. 1435, 1436, 1440, 1441.

46. Spectabilis vir Sigismundus quondam spectabilis militis domini Mataei de Sporo Vicarius Vallium Annaniae, et Solis pro R.mo domino episcopo tridentino anno 1436 die 18 ianuarii.

47. Petrus Busius de Sporo anno 1435 fuit unus ex proditoribus episcopi tridentini Alexandri de Mazovia die martis 15 febraurii.

48. Haeredes magistri Pelegrini de Sporo anno 1435.

49. Nobilis vir dominus Sigismundus de Sporo anno 1436.

50. Spectabilis vir dominus Orlandus filius domini Georgii de Spuro anno 1447 fuit in castro Stenici cum domino Georgio episcopo tridentino.

51. Magnificus, et generosus miles dominus Ioannes de Spuro Vallium Annaniae, et Solis Vicarius pro R.mo in Christo Patre, et domino Georgio Dei, et apostolicae Sedis gratia episcopo tridentino anno 1453.

¹²² Anno 1525 magnificus, generosus, et potens vir dominus Gaspar de Sporo honorandus dominus totius Comitatus Flavoni, veniam tribuit hominibus communitatum Flavoni, Cunevi, et Teresi alias rebellibus occasione tumultuum rusticanorum.

¹²³ Anno 1497 magnifici nobiles de Spuro domum habuerunt Tridenti in Contrata sancti Martini subtus Cantonum versus plateam Castri apud hospitium Rosae.

52. Magnificus, et generosus, et miles strenuus dominus Ioannes de Sporo, consobrinus quondam spectabilis et generosi viri domini Sigismundi de Sporo in villa Mezii Sancti Petri Regulani maioris anno 1456.

53. Spectabilis miles dominus de Spuro honorabilis Vicarius generalis Vallium Annaniae, et Solis pro serenissimo Austriae Duce Sigismundo assessorem habuit sapientem virum dominum Michaellem de Tavono post annum 1457.

54. Nobilis, et potens miles dominus Ioannes de Sporo honorandus Vicarius generalis Vallium Annaniae et Solis pro R.mo in Christo Patre, et domino domino Georgio Dei, et apostolicae Sedis gratia episcopo tridentino, assessorem habuit egregium, et sapientem virum dominum Vitum de Amblo circa annum 1450.

55. Spectabilis, et generosus vir dominus Georgius de Sporo Vicarius in Vallibus Annaniae, ac Solis circa annum 1450.

56. Spectabilis, et generosus vir dominus Rolandus de Sporo filius magnifici, et potentis domini Georgii de Sporo Vallis Annaniae, capitaneus, et locumtenens castrum Petrae Vallis Lagarinae pro R.mo domino episcopo tridentino anno 1458.

57. Nobilis, et strenuus vir dominus Rolandus de Spuro capitaneus Vallium Annaniae, ac Solis anno 1460.

58. Magnificus dominus Rolandus de Sporo Vicarius in Vallibus Annaniae, ac Solis an. 1462, 1470, 1472, 1475.

59. Rolandus de Sporo Vicarius in Vallibus Annaniae, ac Solis an. 1480, et 1481, dictus etiam Orlandus ad annum 1480.

60. Dominus Rolandus quondam domini Georgii de Sporo anno 1466.

61. Magnificus, et generosus, et miles strenuus dominus Ioannes de Sporo. Spectabiles, et generosi viri filii quondam, et haeredes olim spectabilis, et generosi viri domini Sigismundi consobrini eiusdem domini Ioannis, omnes Regulani maiores villae Mezii Sancti Petri anno 1456.

62. Magnificus, et generosus, et strenuus miles dominus Ioannes de Sporo anno 1456.

63. Spectabilis, et generosus vir dominus Rolandus filius magnifici, et potentis domini Georgii de Sporo Vallis Annaniae nunc capitaneus, et locumtenens castrum Petrae Vallis Lagarinae pro R.mo domino episcopo tridentino anno 1458.

64. Magnificus vir dominus Rolandus de Sporo honorabilis Vicarius generalis Vallium Annaniae, et Solis pro R.mo domino episcopo Ioanne.

65. Nobilis, et spectabilis miles dominus Iohannes, ac nobilis et egregius vir dominus Georgius fratres de Sporo, ante annum 1461 vendiderunt *el Mas dal Novar* situm in pertinentiis Mezii Coronae.

66. Ioannes quondam Christophori Leonardi de Sporo maiori, germanice dictus de Alten Spaur, investitus de decima feudali ab episcopo Ioanne anno 1467 in castro Sancti Vigili de Coredo literis germanico idiomate scriptis.

67. Leo de castro Spori decretorum doctor, et canonicus tridentinus anno 1463, episcopus, et princeps Brixinensis frustra electus anno 1464, tandemque consiliarius intimus caesaris Friderici tertii, et ab anno 1480 primus episcopus viennensis in Austria. Vide Mitrolog. nostram trident. cap. 25.

Anno 1464 Spaurenses facti sunt barones, teste Naffeio pag. 109.

68. Rolandus de Spaur Vicarius in Annania pro domino episcopo tridentino anno 1470.

69. Nobilis dominus Petrus de Sporo habitator in Trameno anno 1472.

70. Nobilis Petrus Spaur officialis, et iudex in Cortasch anno 1473.

71. Iacobus de Sporo capitaneus Tridenti anno 1475 quo causa contra iudaeos beati Simonis Innocentis interfectores ipsum celebrem reddidit.
72. Magnificus miles dominus Orlandus de Sporo fuit Tridenti anno 1475 die 28 martii.
73. Rolandus de Sporo Vicarius Vallium Annaniae ac Solis anno 1481.
74. Iacobus de Spaur, dominus in Hochenegg et Rossach, capitaneus Tridenti, et maritus Christinae filiae Georgii de Firmiano, et Christinae Fux de Fuxenberg an. 1475.
75. Dominus Rolandus de Sporo anno 1496.
76. Carolus, et Aliprandinus de Sporo an. 1505 haeredes Antoniae de Lizana.
77. Nobilis vir dominus Leonardus de castro Spauri anno 1507.
78. Odoricus, Simon, et Leonardus fratres de Sporo anno 1509.
79. Domini Leonardus, Udalricus, et Simon fratres de Sporo anno 1521. Udalricus autem, et Odoricus idem nomen est.
80. Dominus Ioannes de Sporo, dominus de Hohenegg anno 1521.
81. Nobilis iuuenis dominus Eberardus de Spauo anno 1507.
82. Leonardus, et Udalricus equites de Sporo anno 1524 scripserunt ex arce Ruinae de Sporo ad locumtenentes tridentinos.
83. Magnificus, et generosus dominus Ioannes de Sporo, dominus in Hohenegk, et eius fratres anno 1525.
84. Hiliprandus de Spaur, et Flavono anno 1529.
85. Dominus Ioannes de Spaur anno 1531.
86. Udalricus de Sporo capitaneus Vallium Annaniae, et Solis anno 1532 die 8 augusti.
87. Domini Leonardus, Odoricus, et Sigismundus fratres de castro Spori anno 1533.
88. Carolus de Spauo anno 1542. Poeta.
89. Ulricus baro a Sporo, et Valerio eques, et consiliarius, Valliumque Annaniae, et Solis capitaneus obiit anno Christi 1549 aetatis suae 54, sepultus cum epitaphio Tridenti in ecclesia s. Marci a filiis eius posito, in quo dicitur illustris, et generosus vir, ac pincerna haereditarius Comitatus Tirolensis. Obiit autem feria quinta in Coena Domini. Duo ex eius filiis fuerunt episcopi, ac principes Brixinenses Christophorus, et Thomas.
90. Catharina de Madrutio baronissa, soror cardinalis Christophori Madrutii, et uxor praefati Ulrici de Sporo. Vide To. 1 Variar. inscript. 530.
91. Bartholomaeus de Spaur, dominus Comitatus Flavoni, filius quondam Gasparis, nepos Rolandi, pronepos Georgii, et Petri, abnepos¹²⁴ Balthassaris, et Wolchmarii de Purgstol, obiit anno 1550.
92. Nobiles de Spaur anno 1550.
93. Christophorus, et Odoricus barones de Sporo anno 1561.
94. Reverendus, et generosus baro dominus Andreas de castro Spauri, Commendator Ordinis Fratrum Alemanorum Tridenti anno 1562.
95. Dandolum sub iurisdictione dominorum de Spauo anno 1563.
96. Odoricus baro de Sporo anno 1564.
97. Ferdinandus baro de Sporo anno 1564, et 1565. L'illustre signor Ferdinando baron di Spor l'anno 1605.
98. Christophorus baro de Sporo, et Valerio anno 1565.
99. Illustris, et magnifica domina Blanca filia quondam illustris domini Simonis baronis de Spaur, relicta quondam nobilis, et magnifici domini Mathaei Sbardellati civis

¹²⁴ * filius pronepotis.

Veronae, et Roboreti anno 1571. Dicta fuit alio die anni eiusdem filia illustris baronis domini Simonis de Spaur, relicta uxor magnifici domini Mahaei Sbardellati civis Veronae, et Roboreti.

100. Perillustris dominus Ioseph Andreas baro a Spaur et Valler etc. maior commendator provincialis in Comitatu Tyrolis Ordinis, et Militiae equitum Hierosolimitanorum anno 1594.

101. Illustris dominus Christophorus filius illustris domini Ferdinandi baronis de Spaur, et Valler, commendator Commendae sanctae Mariae Helisabeth Tridenti dicti Ordinis anno 1594.

102. Illustris, et reverendus dominus Christophorus Ernestus baro a Spauo commendator Ordinis Fratrum Alemanorum Tridenti anno 1596, dictus etiam commendator, sive administrator ecclesiae s. Mariae Helisabeth Ordinis Fratrum Alemanorum Tridenti.

103. Antonius baro de Spaur anno 1606.

104. Barones a Sporo anno 1609.

105. Ferdinandus Iacobus baro de Spaur anno 1610.

106. Andreas baro de Spaur, maritus Mariae Elisabethae de Vels vivens Oeniponti anno 1617.

107. Paulus baro de Spaur, eques Ordinis Militiae Christianae, creatus ab eius fundatore Carolo Gonzaga mantuano, Duce nivernensi, subscripsit Statutis eiusdem Ordinis anno 1619 die 8 martii.

108. Ioannes Baptista Pezzen da Croviana baro de Belfort, alias Altspaur, sacrae caesareae maiestatis consiliarius belli, et columnellus anno 1609.

109. Ioannes Robertus baro de Spaur anno 1626.

110. Franciscus Vigilius baro a Spaur, et Vallerio canonicus tridentinus anno 1635 dein Comes, canonicus decanus salisburgensis, ac episcopus princepsque Chiemensis, ortus patre Georgio Friderico, et Barbara Comitissa Lodronia. Obiit an. 1670 vel 1671 die 9 ianuarii, Videsis nostram Mitrologiam, cap. 62.

111. Prosperus Franciscus baro de Spaur, et Valler anno 1650.

112. Olim Balthassar de Sporo, et Purchstol, castro sito in pertinentiis Medii sancti Petri, ut rudera ostendunt hoc anno 1609. Ita ibi, ubi praefatus Baltassar dicitur clarus ante ducentos annos¹²⁵. Sed quoad situm castrum Purchstallensis vide infra num. 123.

113. Dominus baro Andreas de Spaur columellus anno 1654. Alias eodem anno columellus militum.

114. Barones de Spaur anno 1655.

115. Ioannes Antonius baro de Spaur, maritus Mariae Iuditae Comitissae ab Arsio anno 1638.

116. Ioannes Michael filius baronis Ioannis Antonii de Spauo natus in Medio sancti Petri anno 1638 die 7 iulii, tandem episcopus princepsque Tridenti obiit an. 1725. Antea fuit archipresbyter mediocoronensis.

117. Franciscus Paris Comes de Spaur anno 1681.

118. Franciscus Comes de Spaur anno 1708.

119. Iulius Ernestus Comes a Spaur, et Valler, nepos Ioannis Michaelis episcopi, et principis tridentini canonicus augustanus, et archipresbyter lomasiensis ab anno 1704 usque ad annum circiter 1710 quo resignavit parochiam¹²⁶.

¹²⁵ Supra num. primo, et 35.

¹²⁶ Biografia del Conte Francesco di Spaur stampata in Salisburgo 1800 in 12°: ex Maffeio, p. 110.

120. Franciscus Antonius Comes de Spaur, et Valler, maritus Elisabethae filiae Ioannis Gulielmi Comitis de Attems carinthiaci anno 1708.

121. Franciscus Paris Comes de Spaur, filius eiusdem Francisci Antonii natus anno 1708 dein archipresbyter mediocoronensis ab anno 1735. Obiit iam iubilatus ibidem anno 1791 die 4 aprilis.

122. Ioannes Michael Wenceslaus Comes de Spaur, nepos episcopi, et principis Ioannis Michaelis, episcopus Rhossenus, suffraganeus Tridenti, canonicus, archidiaconus, archipresbyter cavalesiensis, consiliarius etc. obiit Tridenti anno 1743 die 28 martii.

123. Ill.mus dominus Ioannes Franciscus Wilhelmus Comes a Spaur, Pflaumb, et Vallör, dominus in Purgstall. Winckl. Purcheimb, pincerna haereditarius Comitatus Tyrolensis, camerarius S.C.R.C. maiestatis, et consiliarius Regiminis Austriae Superioris anno 1726.

124. Rolandus de Spaur Vicarius Anauniae, anno 1462, destinatus fuit unus ex administratoribus episcopatus tridentini absente episcopo, sed in temporalibus.

125. Beneventus dictus Besola quondam Ioannis de Sporo Maiori habitator Tridenti anno 1369, sed ut puto non ex nobilibus spaurensibus.

126. Magister Bertoldus cerdo filius quondam Nicolai de Sporo Maiori habitator Tridenti anno 1354.

127. Marcus filius quondam ser Odorici de Spuro Maiori imperiali auctoritate notarius, habitator Tridenti in Contrata ecclesiae s. Benedicti anno 1390.

128. Petrus de Sporo notarius, consul Tridenti an. 1438.

129. Petrus Busius de Sporo notarius, consul Tridenti anno 1445.

130. Marcus f.q. ser Odorici de Tridento quondam ser Iacobi de Spuro Maiori notarius anno 1366.

131. Marcus f.q. ser Odorici de Tridento quondam ser Iacobi de Spuro Maiori notarius anno 1374, et 1383.

132. Providus vir Marcus quondam ser Odorici de Sporo massarius Tridenti anno 1391.

133. Marcus f.q. ser Odorici de Tridento quondam ser Iacobi de Sporo Maiori notarius imperiali auctoritate, ac notarius, et officialis reverendi domini Alberti Comitis in Ortenburg episcopi tridentini anno 1385.

134. Marcus notarius quondam ser Odorici de Sporo, molendinum habens Tridenti anno 1395.

135. Maria Victoria Comitissa de Spaver, uxor Antonii Comitis de Montfort nati die 14 octobris 1635, consilarii Electoris bavarici, mareschalli campestris, locumtenentis, et guebrnatoris Ingolstadii, vivens, ac prolificans etiam anno 1685¹²⁷.

136. Paula Regina ex baronibus de Spaur fuit uxor domini de Trautmansdorff praefecti Athesiae, ac mater Francisci de Trautmansdorff mariti Birgitate Dorotheae Comitissae de Artz.

137. Petrus f.q. nobilis viri ser Marchi notarii de Sporo civis Tridentim, et Comes Palatinus, imperiali auctoritate notarius, et iudex ordinarius, in villa Caldonatii an. 1441 scripsit. Vide num. 128, 129. 130, 131 et seqq.

¹²⁷ Anno 1800 anonymus Comes de Spaur consiliarius intimus eminentissimi, ac R.mi archiepiscopi moguntini S.R.I. Electoris Friderici Caroli Iosephi baronis ab Erthal, et commissarius plenipotentarius in tractatu cum commissario anglo contra gallos. Est de Spauo Anauniae. – Anno 1715 in libro Tridenti edito laudata fuit ceu vivens *la Dama* Anna Elisabetta Spaver, ch'è un fior di modestia, uno specchio d'onestà, ed un raro esempio di virtù a tutta Vienna.

138. Domina Dolzana f.q..... de Rovredo, uxor quondam ser Marci notarii de Sporo Maiori anno 1407.

139. Magnifici nobiles de Spuro confines Tridenti in Contrata Sancti Martini, *alle Hostarie grande*, subtus Cantonum, apud hospitium Rosae, anno 1497.

140. Magnifici domini de Sporo anno 1530 donarunt octo circiter urnas vini secretariis, et scribis cancellariae, et Camerae tirolensis Oeniponti commorantibus. Vide To. 4 Compend. diplom. num. 873.

141. Franciscus Romanus Comes a Spaur, Pflaun, et Valör, sacrae et regiae maiestatis Superioris Austriae excelsi Regiminis consiliarius actualis an. 1737, 1738.

142. Iulius Comes de Spaur, et Flavon, dominus castri Valerii, Burgsthall, Fay, et Zambanae, pincerna haereditarius Comitatus Tirolensis anno 1788.

CAPUT XXII

De familia Mancia

1. Misser Achille Mantii [sic], et heredi anno 1579 relati fuerunt in Album civium tridentinorum, qui prout accepi a modernis eiusdem familiae Roma Tridentum venerunt. Dominus Achilles Mantius civis Tridenti anno 1600. Vide num. 82.

2. Barnaba Mancio fuit consul Tridenti an. 1612.

Bernardino Mancio Vicario della Fradaia manu propria 1647, 1652.

3. Bernardino Mancio consul Tridenti an. 1627, 1633, 1640, 1644, 1648, et 1657. Idem in catalogo consulum ad an. 1648 dicitur *Manzi*.

4. Pietro Mancio consul Tridenti an. 1659, 1660, et 1663¹²⁸.

5. Gio. Battista Mancio consul Tridenti an. 1665.

6. Pietro Mancio consul Tridenti an. 1671. Pietro Mancio ministro della Fradaia delle Orfane 1680, 1681.

7. Pietro Mancio dottore, capo console an. 1672, et 1673.

8. Gio. Battista Mancio consul Tridenti an. 1675; consul primarius an. 1676.

9. Pietro Mancio consul primarius Tridenti an. 1679, ac 1680. Dominus Petrus Mantius obiit Tridenti I.U.D. die mercurii 9 aprilis anno 1687.

10. Bernardino Mancio consul Tridenti anno 1689.

L'egregio Barnaba Mantio notaro, marito della quondam signora Felicita Malanoti l'anno 1614 in novembre. L'egregio Barnaba Mantio an. 1608.

11. Sigismondo Antonio Mancio dottore consul Tridenti anno 1691. Sigismondo Antonio Mancio anno 1680 fuit rudimentista Tridenti apud PP. Iesuitas.

12. Bernardino Mancio consul Tridenti anno 1694, et 1695.

13. Sigismondo Antonio Mancio dottor e consul Tridenti anno 1703. Il molto illustre et clarissimo sig. Sigismondo Manzi Vicario della venerabile Casa di Dio di Trento anno 1712.

14. Sigismondo Mancio dottore consul primarius Tridenti annis 1724-1727, 1732, et 1733. Anno isto 1708 il molto illustre signor dottor Manzi di Trento.

15. Gio. Battista Mancio consul Tridenti anno 1734.

16. Sigismondo Mancio dottore consul primarius annis 1737, ac 1738.

¹²⁸ Anno 1685 il molto illustre sig. Pietro Mancio iurisconsultus collegiato cittadino di Trento, e la molto illustre sig. Lucrezia Romana di lui moglie. Anno 1683 la molto illustre sig. Orsola nata Saracina vedova Mancia.

17. Gio. Battista Mancini consul Tridenti annis 1739, et 1743; consul primarius annis 1747, 1748, 1753, 1754, 1758, 1759, 1768, 1769. Idem Comes cancellariae mediolanensis, et consul primarius Tridenti annis 1773, ac 1774.

18. Bernardino Conte Mancini, Ioannis Baptistae filius, consul Tridenti anno 1775.

19. Gio. Battista Conte Mancini consul primarius Tridenti annis 1779, ac 1780. Obiit Tridenti in Via Lata die 4 decembris an. 1784, aetatis suae 85, et sepultus est apud s. Mariam Maiorem.

20. Bernardino Conte Mancini praedictus consul Tridenti an. 1781, et 1785. Obiit Tridenti die 17 aprilis anno 1789 aetatis suae 46.

21. Achilles Mantius anno 1593 in claustrum tridentinum s. Marci Patrum Eremitarum sancti Augustini posuit sepulchrum cum hac inscriptione: *Achillis Mantii, et illius descendendum 1593.*

22. Barnabas Mantius notarius Tridenti ad annos 1603, ac 1607 occurrit in lapide erecto in praefata ecclesia sancti Marci.

23. Barnabas Mantius f. q. domini Achillis, civis Tridenti, publicus apostolica, et imperiali auctoritatibus notarius, collegiatusque Tridenti an. 1605, 1607, 1609, 1610, 1612, 1613, et 1614. Obiit anno 1615 postquam die 27 aprilis eiusdem anni 1615 testamentum suum condidit. Is constanter scripsit *Mantius*, numquam vero *Mancius*. Anno 1592 in limine cuiusdam libri typis editi Tridenti prodit *Tetrascichon D. Barnabae Mantii Tridentini*. Vide nostra Bibliotheca tirol. verbo *Mancini*, ac nostrum Notariale tridentinum.

24. Magnificus dominus Dionysius Mantius civis, et mercator Tridenti, ac frater olim magnifici et spectabilis domini Barnabae Mantii anno 1618. Dominus Dionysius Mantius civis, et mercator Tridenti an. 1612, 1613, 1621, et 1635. Domina Archangela uxor domini Dionisii Mantii, ac soror dominae Franciscae a Monte uxoris domini Gasparis Bizeri anno 1612¹²⁹.

25. Prudens iuvenis dominus Bernardinus filius quondam et haeres praedicti domini Barnabae anno 1618. Videsis To. 3 Compend. diplom. num. 530.

26. Bernardinus Mancini secretarius celsissimi, ac R.mi domini domini episcopi, ac principis tridentini an. 1698-1799, 1707, 1710, 1720, 1728, 1729, ac 1731. Obiit Tridenti anno 1732, aetatis 69, sepultus die 7 ianuarii.

27. Magnificus dominus Barnabas Mantius publicus, ac civis Tridenti anno 1614. Barnabas Mantius filius domini Achillis civis Tridenti notarius anno 1592, 1593.

28. Dominus Petrus Mantius tridentinus iuris utriusque doctor obiit die mercurii 9 aprilis an. 1687.

29. Admodum reverendus Pater Angelus Maria Mancini lector Ordinis sancti Dominici in conventu s. Laurentii Tridenti ultra pontem Athesis anno 1667 die 24 decembris: ex Spicilegio nostro cazuffiano num. 480. Ex Mariano autem in *Trento* edito Tridenti anno 1673 pag. 261 habetur, quod idem P. Angelus Maria Mancini lector, exstitit Prior dicti conventus anno 1671, et 1672, quodque ideo solemnissime celebrari fecit canonizationem ss. Ludovici Bertandi, et Rosae Limanae sub directione sua, *e fece anche uscir a luce publica la vita compendiata d'essi Santi in verso latino eroico*. Octavarium coepit die 3 ianuarii an. 1672.

30. Pater magister Hyacinthus Mancini Ordinis Praedicatorum, quem Marianus pag. 343 refert inter viros illustres tridentinos, utpote literatum, olim lectorem Genuae, ac alibi. Obiit in aetatis suae flore ante annum 1673.

¹²⁹ Anno 1612 dominus Dionysius Mantius.

31. Pater Vigilus Xaverius Mancius tridentinus Iesuita missionarius apostolicus apud Sinas annis viginti tribus. Claruit ad an. 1707, ac 1730. Frater fuit secretarii Bernardini, estque laudatus, ac laudandus inter scriptores historicos. Vide nostra Bibliothecam tirolen. verbo *Manci*. Quidam Franciscus Vigilus Mancius anno 1680 fuit syntaxista maior Tridenti apud Iesuitas.

32. Anno 1628 *Bernardino Mancio* detto *il Racchiuso*, fuit unus ex primis sociis academiae literariae Accensorum Tridenti, teste Mariano in *Trento* pag. 348.

33. Bernardinus Mancius secretarius ut supra celsissimi tridentini an. 1697, ac seqq., etiam anno 1731.

34. Philippus Xaverius Mancius secretarius celsissimi tridentini anno 1733, 1734, 1739, 1745, 1746, 1749, die 10 februarii. Vide infra. Dixi 1749 die 10 ianuarii.

35. Petrus Mancius frater Philippi, secretarius celsissimi tridentini an. 1749 die 10 martii. Natus anno 1700, obiit post an. 1768 et ante annum 1774 (circa an. 1771). Pietro Mancius gentiluomo di camera, e segretario di S.A. R.ma excelsi aulici sui Consilii anno 1747.

36. Philippus Mancius iterum secretarius anno 1756, et hac die 8 octobris 1792. Natus patre Bernardino die 15 augusti anno 1713. Ex prima uxore domina Antonia Thomasina cive Tridenti genuit quinque tantum filias: ex secunda vero domina Teresia Guarienta itidem cive Tridenti, duos filios, omnes hodie quoque viventes. Philippus obiit Tridenti in Via Lata die 26 decembris 1802, aetatis annorum 89, mensium 4, dierum 11.

37. Bernardinus Philippi, ac Teresiae filius, est et ipse secretarius aulicus Tridenti. Uxorem habet dominam Margaritam filiam Comitis Vincentii de Trilaco. Natus circa an. 1757.

38. Iosephus Bernardini frater, clericus tonsuratus etiam hoc anno 1792, et 1803. Beneficiatus s. Ioannis Baptistae in ecclesia s. Sabini de Seregnano plebis Civezanensis a die sexta februarii an. 1775. Natus est circa an. 1760, nam hoc anno 1803 habet annos 44¹³⁰.

39. Eleonora Mancina de Tridento, baptizata die 21 augusti an. 1702 fuit monialis Clarissa chorista in monasterio tridentino ss. Trinitatis. Ingressa est die 19 maii 1720. Habitum induit sub nominibus Sororis Claudiae Iosephae Bernardinae de sacris vulneribus Iesu Christi die 21 novembris 1720, cumque dote rhenensium 1000, professionem emisit die 21 novembris 1721. Obiit ibidem die 25 ianuarii anno 1755, aetatis 53. Fuit abatissa ab anno 1751 usque ad an. 1754. Soror Philippi.

39bis. Pacifica Mancina, Philippi, et Antoniae filia, baptizata die 9 augusti 1737, monialis Clarissa chorista in monasterio tridentino s. Michaelis, sive Sanctae Clarae sub nomenclatura Sororis Mariae Xaveriae Antoniae de Sancto Bernardino. Habitum induit die 30 novembris 1757. Fuit Vicaria ab an. 1778 usque ad 1781. Abatissa ab an. 1781 usque ad 1784, et ab anno 1787 usque ad an. 1790. Nunc ab eodem anno 1790 est novitiarum magistra.

40. Francisca Pacificae soror, baptizata die undecima augusti 1739 monialis in dicto monasterio s. Michaelis sub nomine Sororis Mariae Philippinae de Sancta Teresia sumpto habitu choralis die 4 maii anno 1760. Obiit die 28 ianuarii anno 1794, aetatis 55.

¹³⁰ Mater Soror Barbara Catharina Mancina, soror secretarii Philippi, monialis Carmelitana Mantuae al Carmelino, obiit Mantuae die 6 februarii an. 1799, aetatis 81 in domo saeculari ob suppressionem monasterii. Mater Soror Maria Ildegardis, dicta Maria Rosa Magdalena, soror dictae Barbarae ac monialis ibidem, obiit in domo saeculari Mantuae ante Barbaram. Fuit literata anno 1763 ibidem.

41. Claudia Franciscæ soror senior fuit uxor Riccii combriensis, capitanei arcis Schennensis pro Comitibus Bettoniis Bolliacensibus. Nunc vidua moratur Tridenti apud patrem suum a pluribus annis, ubi etiam obiit die 14 februarii 1796 festinanter, et sepulta fuit die 15 lunæ.

42. Ursula Claudie soror iunior, est uxor Corradi stenicensis in Iudicaria orientali, id est medici Ioannis Baptistæ de Conradis, filii medici Stephani Corradi. Obiit Stenici anno isto 1799 die martis quinta februarii.

43. Philippus Bernardini filius obiit puer Tridenti 16 kal. octorb. 1790. Decessum eius ploravit presbyter Ioannes Vigilius da Carolis in sui Evagationibus literariis num. 70, pag. 30. Philippus alter natus an. 1790. Hic etiam obiit die 12 martii 1795.

44. Vincentius Bernardini filius infans ortus anno 1791.

45. Teresia Bernardini filia puellula hoc anno 1792.

46. Bernardinus Mancius presbyter obiit Tridenti die quinta decembris anno 1764 ætatis suæ 93. Fuit patruus Ioannis Baptistæ postea Comitis.

47. Philippus Antonius Comes Mancius de Ebenheim presbyter, frater Comitis Ioannis Baptistæ ortus circa an. 1708; fuit diu in Hungaria. Eum ego numquam vidi. Obiit in Hungaria anno 1792.

48. Sigismundus Antonius Mancii scholaris rudimentista Tridenti anno 1680, deinde I.U.D., et auctor unius scripturæ legalis typis editæ ante an. 1730, de qua dixi in Bibliotheca tirolen. verbo *Mancii*¹³¹.

49. Ioannes Baptista Mantius iuris utriusque doctor, dictus illustris, et excell. mus dominus, quamdam scripturam iuridicam composui, ac evulgavit anno 1664 quam laudavi in citata Biblioth. Tirol. verbo *Mancii*.

50. Sigismundus Antonius Comes Mancius de Ebenheim filius Comitis Ioannis Baptistæ, ortus Tridenti die 18 iulii 1734, est canonicus Tridenti ab anno 1756 et decanus ab anno 1773.

51. Bernardinus de Mancii logicæ studiosus Tridenti anno 1759, ac 1760 frater decani.

52. Gervasius Mancii grammaticæ infimæ studiosus Tridenti anno 1762; grammaticæ mediæ an. 1764; sed nunc amplius non dicitur Gervasius. Frater decani.

53. Mater Soror Maria Felix de Sancto Ioanne Baptista monialis Clarissa ad s. Michaelem filia quondam Comitis Ioannis Baptistæ, nata die 10 martii anno 1737, velata die 25 februarii anno 1759. Obiit die 27 martii anno 1792. Fuit novitiarum magistra, et Vicaria. In sæculo dicta fuit Lucretia.

54. Archangela uxor Comitis Ioannis Baptistæ Mancii, ac soror olim Comitis Francisci Felicis de Albertis de Enno episcopi, et principis tridentini orta patre Gervasio, decessit Tridenti die 15 maii anno 1784 ætatis suæ 74, ac sepulta fuit apud s. Mariam Maiorem.

55. Ursula soror Comitis Ioannis Baptistæ Mancii, ac vidua nobilis Petri Antonii Perotti civis Tridenti, obiit Tridenti die 25 novembris an. 1783, ætatis suæ 86, sine prole masculina.

56. Iosepha Philippi filia est uxor nobilis Dominici Marzani de Villa Lagarina, filii Ioannis Baptistæ.

57. Elisabetha filia quondam Comitis Ioannis Baptistæ Mantii est uxor Comitis Antonii Francisci Triangi tridentini, nunc Merani agentis, capitanei loci, et consilii oenipontani, qui obiit Tridenti anno 1800 die 3 maii.

¹³¹ Anno 1612 sig. Barnaba Manzio, et consorte. La sig. Laura Manzio. – Anno 1652 illustris dominus Bernardinus Mantius minister venerabilis Confraternitatis Misericordie orphanarum Tridenti.

58. Catharina alia filia quondam dicti Comitis Ioannis Bpatistae uxor est equitis Aloysii Cischii de Sancta Cruce burgensis.

59. Xaveria baronissa de Prato tridentina f.q. baronis Caietani, vivit vidua Comitis Bernardini quondam Comitis Ioannis Baptistae Mancii. Nata est die 3 dec. 1700..., festo s. Francisci Xaverii.

60. Iosephus Antonius Mancius, secretarii Bernardini frater, archipresbyter, et decanus flemmensis ad an. 1712, et annis seqq. Obiit Tridenti die 28 octobris 1738, aetatis cir. 69 post longam infirmitatem.

61. Vigilius Mancius canonicus brixienis circa an. 1680, filius Petri.

62. Utraque familia Manciorum habet domum suae habitationis Tridenti in Contrata Lata. Sibi cohaerent¹³².

63. Quidam Caspar Mantius edidit varia opuscula legalia Ingolstadii, Augustae, Francofurti, ac Dilingae annis 1633, 1659, 1662, 1666, 1668, 1672, 1673, 1680. Dictus fuit etiam *Manzius*, et Mantius. Scripsit pro Palatino-Bavaris.

64. Ioannes Galeatius Manzius medicus, et scriptor claruit Bononiae circa an. 1678.

65. Paduae olim fuit nobilis familia Manziorum, de qua PP. Bollandiani, et ego To. 2 epist. 251.

66. Franciscus Maria Mantius de Longiano ariminensi fuit archiepiscopus avenionensis anno 1759.

67. Ioannes Dominicus Manzi, frequentius Mansi appellatus de Luca clericus Regularis Pauperum Matris Dei archiepiscopus lucensis ad an. 1764, et scriptor clarissimus.

68. Iosephus Mansius notissimus auctor Bibliothecae concionariae, aliorumque librorum ad an. 1702. Fuit presbyter Oratorii Romani

69. Sanctus Mancius martyr circa an. 100 Eborae in Lusitania, ortu romanus, de quo Martyrologium Romanum 15 maii, et Bollandistae. In Palentina Hispaniae dioecesi est *Villa Sancti Mancii*.

70. Calepinus commemorat *Mantium* Melampi filium ex Iphianassa filia Proeti.

71. Andreas Schottus Societatis Iesu in suis Romanarum antiquitatum electis edit. Colonien. 1662, pag. 66, recenset familiam *Manciam* inter romanas antiquas.

72. Legi olim librum Patris Bernardini Mancii cui titulus *Il Religioso Santo*, editum secundo Venetiis anno 1718, in 4°, sed idem auctor italice ibi dicitur *Bernardino Manco da Lecce*. Fuit Iesuita. Recusum eius opus Venetiis 1725 in 4°, vel aliud simile editum *I Religiosi presto Santi*.

73. Ex hactenus congestis pro ut ad manum mihi occurrerunt, lubet sequentes duas tabulas concinnere, seriem Manciorum utriusque familiae ostendentes.

Achilles

|

Dionysius

|

Achilles tridentinus (1551)

|

Dionysius

¹³² Azzone de' Manzi fuit episcopus tarvisinus 49° ab anno 1354. – Felix Mantius scriptor prohibitus in prima classe ab iudice Pii quarti anno 1564. – Anno 1593 egregius dominus Barnabas notarius Tridenti. Vidi. – Anno 1721 il molto illustre, e clarissimo sig. Bernardino Mancii secretario di Stato di Sua Altezza R.ma di Trento. – Anno 1804 Vincentius Mancii de Ebenheim S.R.I. eques studiosus infimae grammaticae, sed.

Achilles Mantius civis Tridenti 1579, 1593, 1600.

|
Barnabas obiit 1615. Dionysius 1612, 1618, et 1621.

|
Bernardinus 1618, 1657.

|
Petrus obiit 1687. Ioannes Baptista 1665, 1676.

|
Bernardinus 1689; secretarius 1697, ac 1731. Iosephus archipresbyter 1712, 1737.
Vigilius canonicus Brixinensis 1680. Vigilius Iesuita 1707. Ignatius
Iesuita.

|
Philippus 1713, 1792. – Petrus 1760.

|
Bernardinus 1792- Iosephus 1792

|
Philippus II 1792. Vincentius 1792. Bernardinus natus 1794, obiit ex variolis 12
martii 1795. Philippus I, obiit an. 1790; Philippus III obiit 27 februarii
1799, aetatis mensium novem.

Alia familia nunc Comitum

Achilles Mantius 1579, 1593, 1600

|
Barnabas 1615. Dionysius 1612, 1618, 1621.

|
Bernardinus 1618, 1657.

|
Ioannes Baptista 1665, 1676. Petrus 1659, 1687.

|
Sigismundus Antonius 1680, 1738. Bernardinus presbyter 1764, aetatis 93.

|
Ioannes Baptista 1734, 1784 Comes. – Philippus presbyter 1789. Obit ante an.
1795.

|
Bernardinus 1744, 1789. Sigismundus Antonius decanus 1792. Gervasius obiit
Viennae.

|
Ioannes Baptista 1792. Caietanus 1792. Maximilianus 1792, natus anno 1774.
Sigismundus 1792, 1801. Clericus Beneficiatus. Obit Tridenti die 23
iunii 1804.

74. Vinciguerra natus quondam domini Bernardini de Manziis fuit testis Veronae in
episcopali palatio die iovis 20 aprilis anno 1290 indictione 3: ex meo Bullariolo
Michelino num. L, pag.56.

75. Francesco Vigilio Mancini anno 1680 fuit Tridenti studiosus grammaticae apud
Patres Iesuitas.

76. Sigismondo Antonio Mancii anno 1680 fuit Tridenti studiosus rudimentorum apud Iesuitas.

76bis. Domina Lucretia Romana uxor perillustris, ac excell.mi domini Petri Mantii anno 1675.

77. Teresia Mancia, soror quondam Comitum Io. Baptistae, ac uxor olim baronis Ignatii Trentini de Wolgersfeld tridentini. Vivit. Nata est die 8 maii 1705. Obiit Tridenti die 24 novembris 1795, aetatis 91.

78. Nobilis domina Anna uxor domini Bernardini Mantii, filia domini Petri Alexandrini, anno 1627.

79. Anno 1794 facta fuit mentio del vecchio marchese Manzi di Lucca in Ephemeridibus tridentinis.

80. Egregius notarius dominus Barnabas filius domini Achillis de Manzis Romanensis Tridenti anno 1599: ex To. 4 Diplom. num. 684. Fuit Tridenti nobilis anno 1551.

81. Ioannes Baptista Comes Mancius f.q. Comitum Bernardini, hoc mense octobris 1795 factus est consiliarius aulicus Tridenti sed frustra. Studuit Tridenti, ac Oeniponti. Uxorem Turrianam duxit anno 1802, quo est consul Tridenti.

82. Dominus Achilles Manzonus de Serra Sancti Quirici diocesis camerinensis postquam fuit multis annis habitator Tridenti factus est civis die 15 decembris 1579. Vide Vol. 4 Compend. diplom. num. 892.

83. Filippo Francesco Saverio Mancii segretario di S.A.R. in Trento 7 novembris 1746. Apud eum hoc anno 1796 die 22 maii vidi plures epistolas romanas ad Achillem Mantium datas ex quibus eius origo, et nobilitas constat.

84. Dominus Achilles quondam ser Bernabei de Mancii a Marca Anconitana hospes Tridenti anno 1581, die 3 iulii, ex rogitis Ioannis Baptistae Franceschini.

85. Dominus Achilles de Mantii hospes, civisque Tridenti anno 1590, die 14 aprilis, ex rogitis Andreae Triangi.

86. Nobilis dominus Bernardinus Mantius minister venerabilis Domus Dei Tridenti anno 1633.

CAPUT XXIII

De familia Cribella

1. La familia Crivella recensetur inter cives Tridenti antiquiores in eorum Matricula reformata anno 1572.

2. Andreas Cribellus fuit consul Tridenti anno 1525, et 1547, et...

3. Gaspar Cribellus consul Tridenti an. 1546. Hic fuit primus ex Cribellis civis Tridenti.

4. Gasparinus Cribellus consul Tridenti an. 1556, 1561, et 1566.

5. Antonius Cribellus thesaurarius civitatis Tridenti an. 1660. Vide infra n. 26.

6. Doctor Antonius Cribellus consul Tridenti an. 1706, 1710, et 1714; archiconsul an. 1730, et 1731.

7. Hieronymus Cribellus consul an. 1732, 1738, 1746, 1750, 1756, 1761, et 1767. Obiit Cadini in Supramontio die 31 augusti anno 1773, ibidemque sepultus est. Habitavit apud s. Marcum.

8. Antonius Cribellus, Hieronymi nepos, consul Tridenti anno 1771, 1775, ac 1781; archiconsul an. 1785, ac 1786, 1790, et 1791. Frater Hieronymi episcopi Nepesini, et ab anno 1790 S.R.I. Comes. Cui dati sunt curatores an. 1805 die 18 iunii uxor, et Ioannes Baptista Bassettus.

9. Iosephus Cribellus, Antonii frater insimul vivens, consul Tridenti an. 1776, 1780, 1784, et 1788. Non est amplius inter vivos. Obiit anno 1791. Passim dici consuevit *l'Imperatore*.

10. Dionysius Cribellus consul Tridenti an. 1782. Iam obiit ante plures annos. Fuit pharmacopola in Platea Sancti Vigili.

11. Dominus Antonius Crivellus tridentinus an. 1532.

12. Dominus Gasparinus Cribellus civis Tridenti an. 1543.

13. Dominus Ioannes Cribellus de Castello Thesini, pater sequentium.

14. Melchior Cribellus filius quondam domini Ioannis Cribelli de Castello Thesini, habitator Perzini, publicus imperiali auctoritate notarius, ac Curiae castri Perzini cancellarius, et scriba iuratus anno 1531. Caldonatii scriba iuratus an. 1538. Item vicesgerens spectabilis domini Ioannis Antonii Durigati Vicarii Perzini, et Caldonatii dicto anno 1538. Vixit Perzini notarius etiam anno 1553.

15. Georgius filius quondam domini Ioannis Crivelli de Thesino de Burgo Perzini, syndicus communitatis Perzini anno 1531.

16. Nobilis vir dominus Georgius Cribellus de Perzino capitaneus in castro Bregerio anno 1550.

17. Dominus Andreas Civellus quondam ser Leonardi de Perzino, civis Tridenti anno 1532.

18. Dominus Gaspar Cibellus civis Tridenti anno 1571.

19. Dominus Federicus Cribellus obiit ante annum 1565.

20. Domina Elisabetha vidua domini Federici Cribelli anno 1564, et 1594.

21. Ser Petrus Crivellus de Gardulo anno 1578.

22. Dominus Ioannes Crivellus de Gardulo Plani notarius anno 1631.

23. Ioannes f.q. providi viri domini Petri Cribelli publicus imperiali auctoritate notarius, Tridenti collegiatus anno 1621. Ioannes filius quondam domini Petri Crivelli de Gardulo publicus imperiali auctoritate notarius anno 1632.

24. Dominus Ioannes Cribellus de Gardulo anno 1616.

25. Dominus Ioannes Cribellus habitator Spauri an. 1637.

26. Antonius Cribellus de Tridento die 4 septembris anno 1619

27. Franciscus Cribellus de Creuzberg habitator Tridenti apud s. Marcum, frater Hieronymi, obiit ibidem die 20 februarii anno 1768, fuitque me praesente sepultus in ecclesia cathedrali Sancti Vigili die 21 februarii dominica prima Quadragesimae.

28. Felix Antonius Cribellus de Creuzberg habitator in Via Longa Tridenti etiam hoc anno 1792 cum uxore sua Chunegunda Martinia tridentina. Dies caniculares transigere solet in domo, ac praedio suo Misiani apud Tridentum. Ortus est die 19 februarii anno 1723. Unicam habet filiam Rosam Albam uxorem Antonii filii Ioannis Baptistae de Sardanea, et Hochenstein haeredit Tessarii tridentini ab anno 1782. Eam dixit Rosalbinam poeta nuptialis.

29. Clara Cribella de Creuzberg innupta senex habitatrix in Via Longa Tridenti obiit die 18 maii anno 1765.

30. Soror Maria Anna Cribella tridentina monialis chorista Ordinis Sanctae Clarae in monasterio tridentino ss. Trinitatis discalceatarum, ubi habitum seraphicum induit die tertia iunii anno 1725, et obiit die 21 novembris 1730, aetatis suae 28. De ea scriptum reperi, quod numquam peccato mortali, immo ne quidem veniali deliberato Deum Oprimum Maximum offenderit.

31. Ioannes Petrus Cribellus obiit Tridenti die nona iunii anno 1752.

32. Petrus Georgius Cribellus vivere desiit Tridenti die 28 aprilis anno 1754. Fuit doctor anno 1733, possessor in Mesiano.

33. Soror Brigitta Francisca Teresia Cribella tridentina, monialis chorista Ordinis s. Clarae in monasterio Sancti Michaelis apud Tridentum calceatarum, orta die nona martii anno 1678, ac velata die 21 novembris anno 1697; excessit die 14 ianuarii anno 1747 aetatis suae 69. Professionem emisit die 23 novembris anno 1698, antea dicta est Brigitta Martha.

34. Soror Maria Antonia Teresia de Crucifixo, alias Anna Camilla Cribella, soror Hieronymi Cribelli de Creuzberg, monialis Clarissa ad ss. Trinitatem Tridenti, nata est die nona februarii an. 1703, velata die 8 novembris an. 1722, et defuncta die prima martii anno 1781 in sero. Fuit abbatisa semel, iterum, ac tertio ab anno 1745, 1754, et 1760. Pro ea scripsi tres epistolas ad ipsius nepotem Hieronymum Cribellum episcopum Nepesinum, relatas To. 1 epist. 194, 196, et 197.

35. Iosephus Cribellus presbyter, Beneficiatus ecclesiae cathedralis Tridenti, et caeremoniarius episcopalis, obiit apud eandem ecclesiam ex morbo flavo anno 1760. Invisi aegrotantem, eiusque funeri praesens fui. Fuit valde lepidus, ac facetus.

36. Iosephus Dionysius Cribellus presbyter, praecedentis patruus, natus Tridenti apud sanctum Vigilium die 19 martii anno 1693, ibidemque defunctus die 14 iulii anno 1782, aetatis suae 90; fuit primum sacellanus episcopi tridentini ad an. 1727, dein Romae secretarius imperialis ad an. 1737, necnon procurator episcopi tridentini, episcopi olomucensis, archiepiscopi salisburgensis, et archiepiscopi viennensis, ac aliorum Germaniae antistitum. Laudari meruit in Ephemeridibus tridentinis ante, ac post obitum. Tridentum autem relicta Roma redux fuit die tertia maii anno 1774. Vide nostram Biblioth. Tirol. verbo *Crivelli*, et To. 2 Variarum inscript. 1564.

37. Marcus Cribellus, frater Francisci, et Hieronymi de sancto Marco, fuit canonicus ecclesiae cathedralis olomucensis in Moravia: deinde abiecta clericali militia uxorem duxit, ac Tergesti in Histria domicilium fixit, obiitque. Vide nostram Mitrologiam tridentinam in Append. Decade XIV.

38. Hieronymus Aloysius Cribellus, Francisco, et Coecilia Gentilotta die quinto die quinto iunii anno 1746 natus, fuit episcopus Nepesinus, et Sutrinus ab anno 1778, obiitque die 17 novembris an. 1780. Eius literae patentes ita exordiantur: *Hieronymus Aloysius Cribellus de Creizperg nobilis, et patricius tridentinus, Bohemus, et Moravus* etc. Alia plura de eo retuli in Mitrologia tridentina cap. 121, ac To. 1 Inscript. 1056, et To. 2 Inscript. 1565.

39. Coecilia filia quondam Ioannis Bernardini Gentilotti ab Engelsbrunn consiliarii tridentini, ac vidua relicta quondam Francisci Cribelli, obiit apud s. Marcum Tridenti die 20 novembris 1784, aetatis cir. 80, et sepulta fuit in ecclesia cathedrali apud virum suum.

40. Haeredes quondam domini Ioannis Crivelli civis Tridenti anno 1632.

41. Dominus Dominicus frater domini Andreae Crivelli civis Tridenti anno 1632.

42. Dominus Dominicus Crivellus civis Tridenti an. 1667. Idem unus ex praenobilibus adiunctis consulum Tridenti an. 1677.

43. Cribelli tridentini etiam hodie habent proprium sepulchrum in ecclesia parochiali perginesi. Forsan eos e Castello Thesini Perginum, ac tandem Tridentum evocavit supra memoratus Dorigatus, qui fuit pariter de Thesino, Vicarius Pergini, ac tandem civis, et habitator illustris Tridenti.

44. Idem Cribelli tridentini domos, et alia bona possident Cadini in Supramontio, Garduli, et Misiani.

45. Priusquam Tridentum venirent facta fuit mentio *Aquae Crivelli* in pertinentiis Tridenti anno 1339, nec non *Aquae nominatae* el Crivello, a Roveré extra portam s. *Crucis Tridenti* anno 1505.

46. Haeredes quondam ser Galeazzi Cribelli de Molario sunt in catalogo nobilium ruralium Vallium Annaniae, ac Solis compilato anno 1529 a notario Iosepho Sandrio de Nano. Ceterum vide nostras additiones eidem catalogo sub num. 350 ubi filii ser Galeacii notarii de Molario dicuntur Ioannes, et Antonius. Idem dominus Galeacius occurrit tamquam assessor in dictis Vallibus, ac nobilis vir, et cognominantur de Arpis.

47. Dominus Franciscus Cribellus presbyter tridentinus, dictus illustris, et admodum reverendus anno 1695.

48. Nobilis, et excell. mus dominus Petrus Cribellus fuit Tridenti anno 1716.

49. Martha soror presbyteri Iosephi Dionysii Cribelli, fuit uxor domini Andreae de Armis civis, et mercatoris Tridenti ad an. 1725, ac 1758.

50. Misser Giovan Crivel notaro da Gardol del Pian anno 1631.

51. Il signor Zuan Crivello habitante a Spor anno 1637.

52. Misser Pero, e misser Zuan Crivelli di Gardolo anno 1616.

53. Misser Andrea Crivel anno 1546.

54. Misser Gaspar Crivel cittadin de Trento anno 1571. Gasparus Cribellus obtinuit privilegium nobilitatis pro se, ac nepotibus suis, quemadmodum die 31 ianuarii huius anni 1792 accepi ab ill.mo domino Felice Antonio Cribello; sed quonam anno id acciderit, non dixit.

55. Misser Andrea Crivello anno 1538.

56. Dominus Andreas Cribellus anno 1551.

57. Dominus Fridericus filius quondam domini Andreae Cribelli civis, et habitator Tridenti anno 1559 de quo To. 3 Compend. diplom. num. 598.

58. Paulus Cribellus plebanus Spauri Maioris anno 1613, et 1647. Fuit frater Ioannis Cribelli habitatoris Garduli.

59. Le Crivelle anno 1547 interfuerunt solemnissimo convivio Tridenti habito in novo palatio Madrutiano, nunc dicto *delle Albere*, una cum plurimis aliis mulieribus nobilibus, ac civibus tridentinis, et exteris die tertio maii, quod versibus descripsit Leonardus Columbinus. Eas indicat stroph. 53 dicens: *Syrene, Sratimpercare, e Civelle*.

60. Misser Gasparin Crivello mercante in Trento anno 1557.

61. Misser Andrea Crivello di Trento, habitator in Quarterio Sanctae Crucis anno 1526.

62. Alibi quoque clarent Cribelli, praesertim vero Mediolani, et Cremonae.

63. Providi viri domini Melchior, et Gasparinus fratres filii quondam domini Ioannis Crivelli de Thesino, olim habitatoris in Burgo Perzini anno 1537.

64. Prudens dominus Gasparinus f.q. domini Ioannis Cribelli mercator, et civis Tridenti anno 1559.

65. Il magnifico Pietro Crivelli speciale per mezzo la Torre di Piazza anno 1630: ex archivio civico Tridenti.

66. Dominus Petrus Cribellus de Burgo Perzini anno 1561 die 8 augusti.

67. Egregius dominus Baldessar Cribellus notarius Perzini anno 1559 die XI octobris.

68. Andreas filius Leonardi Cruelli [sic] de Thesino civis, et habitator Tridenti, procurator spectabilis I.U.D. domini Antonii quondam ser Giroldi a Prato civis tridentini anno 1518. Charta expresse habet *Cruelli*.

69. Petrus Dionysius Iosephus Cribellus de Creutzberg civis Tridenti anno 1773.

70. Felix Antonius Cribellus de Creutzberg civis Tridenti, natus anno 1723, habitator in Contrata Longa, et autumni tempore in Mesiano, hoc anno 1793 habet uxorem Chunegundem de Martinis tridentinam, unicamque filiam Rosam Albam uxorem Antonii Sardaneae Tessari tridentini. Sed anno 1795 vendidit Mesianum suum Comiti Vincentio Consolato tridentino.

71. Philippus Cribellus iuvenis literarum studiosissimus ad an. 1745, de quo To. 2 Variar. inscript. 1563.

72. Margarita uxor nobilis domini Claudii Cribelii civis Tridenti, et filia nobilis domini Ioannis Antonii de Salvetis civis Tridenti anno 1687.

73. Andreas filius Leonardi Cruelli de Thesino civis et habitator Tridenti anno 1518. Vide num. 17.

74. Anno 1579 die 6 octobris scripta fuit charta in Burgo Perzini, in stuba cohaeredum quondam nobilis domini Petri Cribelli.

75. Gaspar filius Comitis Antonii Cribelli vivit Tridenti hoc anno 1798.

76. Ioannes Baptista filius alter eiusdem Comitis Antonii Cribelli pariter vivit Tridenti hoc anno 1798.

77. Nobilis dominus Georgius quondam nobilis domini Georgii Cribelli de Perzino: et nobilis domina Anna mater dicti Georgii anno 1612.

78. Veronica Cribella uxor Antonii Ciurleti ad s. Petrum, nunc 1802 Comitis.

79. Anno 1703. Il molto illustre, e clarissimo sig. Antonio Crivelli d'ambi le leggi dottore, e collegiato di Trento.

80. Anno 1652 magnificus dominus Antonius Cribellus, et haeredes quondam spectabilis domini Ioannis Cribelli, possessores in Campo Tridentino.

81. Anno 1709 Gio. Pietro Crivelli speciale in Trento.

82. Anno 1798 Ioannes Baptista Crivelli a s. Marco, filius Antonii, de quo To. 5 Codicis diplom., pag. 286 [num. 1037].

CAPUT XXIV

De familia Busetta

1. In Matricula civium tridentinorum est l'eccellente misser Gian Battista Busetto da Ral 1589.

2. In Albo autem consulum tridentinae civitatis occurrit Gio. Battista Busetti dottore archiconsul anno 1654, ac iterum anno 1662 Gio. Battista capo console che morì improvvisamente l'ultimo di gennaio, anno ut puto ego 1662, aetatis 90, et ultra¹³³.

3. Carlo Girolamo Busetti consul Tridenti anno 1667.

4. Felice Busetti consul Tridenti anno 1674, et 1675.

Ioannes Busetus de Rallo, Iacobus, et Antonius eius filii anno 1482.

5. Ser Iacobus Buset de Rallo notarius anno 1508.

6. Ser Iacobus notarius de Rallo anno 1509.

7. Christophorus filius quondam prudentis viri ser Iacobi notarii de Busetis de Rallo plebis Tassulli Vallis Annaniae, publicus imperiali auctoritate notarius, et iudex ordinarius an. 1525, 1530, 1531, et 1538.

8. Dominus Petrus notarius filius ser Petri Buseti de Rallo anno 1539.

¹³³ Anno 1704 il nobile sig. Cristoforo Busetti quondam Girolamo, notaro collegiato, e cittadino di Trento. – Anno 1598 clar. dominus Ioannes Baptista Busetus consiliarius etc., et commissarius generalis iurisdictionis Perzini.

9. Cristoforo Busetti di Rallo notaro an. 1431. Sed forsā pro anno 1431 legendum 1531, ex dictis, et dicendis.
10. Ser Iacobus notarius filius quondam ser Iohannis Buseti de Rallo plebis Tassulli anno 1518.
11. Ser Iacobus f.q. domini Christophori Buseti notarii habitator Crovianae plebis Maleti anno 1548.
12. Christophorus Bussetus notarius in villa Cazezii anno 1529. Fuit pater Matthaei Busseti.
13. Christophorus f.q. nobilis viri domini Iacobi notarii de Busetis de Rallo plebis Tassulli Vallis Annaniae, publicus imperiali auctoritate notarius, ac iudex ordinarius anno cir. 1530.
14. Dominus Christophorus Bussetus notarius obiit Tridenti die 7 februarii anno 1716, et apud s. Marcum sepultus est. Filius fuit Hieronymi.
15. Felix Bussetus notarius Revodii anno 1786.
16. Petrus Bussetus ab Enno notarius, cancellarius Tassulli anno 1786.
17. Franciscus Bussetus notarius Ralli an. 1786.
Dominus Petrus Bussetus civis Tridenti anno 1635.
18. Nobilis domina Ursula filia domini Petri Buseti nupsit nobili domino Ioanni Francisco Gaudento civi Tridenti in ecclesia parochiali s. Mariae Magdalena Tridenti Clericorum Regularium Somaschensium die 3 iulii anno 1628.
19. Soror Maria Barbara Busetta de Tridento monialis Clarissa chorista in monasterio tridentino Sancti Michaelis, professa ante annum 1600, decessit die 12 martii anno 1644. Filia fuit doctoris Ioannis Baptistae Buseti.
20. Doctor Felix Bussetus academicus Accensus Tridenti anno 1671. Perillustris, et excell. mus dominus Felix Bussetus an. 1685.
21. Doctor Felix Antonius Bussetus de Rallo academicus Accensus Tridenti anno 1679. Obiit Tridenti die 25 augusti anno 1698. Uxor eius Magdalena Francisca Pompeata obiit anno 1709 die 3 octobris, Vide infra pag. 228 [caput XXVIII num. 36].
22. Christophorus Bussetus de Rallo consiliarius celsissimi domini tridentini, et academicus Accensus Tridenti anno 1679.
23. Dominus Felix Antonius Bussetus obiit Tridenti die 27 iulii anno 1752. Felix Antonius Buseti notarius, et actuarius excelsae cancellariae Tridenti anno 1747.
24. Nicolaus Bussetus de Rallo anno 1505.
Clarissimus doctor Iosephus Buseti de Rallo civis Tridenti anno 1772.
25. Clarissimus dominus consiliarius Bussetus anno 1679.
26. Dominus Ioannes Baptista Bussetus Tridenti anno 1707.
27. Madonna Francesca Busetta, ameda di Sor Cecilia Particella monaca Clarissa in s. Trinitate di Trento l'anno 1589.
28. Misser Francesco Buset cognato di misser Federigo Campo da Mez Lombardo l'anno 1597.
29. L'erede dell'illustre sig. Felice Buseti l'an. 1708.
30. Nobilis, et magnificus dominus Ioannes Baptista Bussetus tridentinus anno 1597.
31. Perillustris, et clarissimus dominus Ioannes Baptista Bussetus civis collegiatus Tridenti anno 1661.
32. Simon Bussetus de Ravina, incola Tridenti anno 1673.
33. Ser Matthaeus Busetus de Croviana plebis Maleti anno 1550.

34. Ill.mus, R.mus dominus Christophorus Simon Gulielmus Bussetus de Rallo, nobilis S.R.I. patricius tridentinus, protonotarius apostolicus, examinatus synodalis episcopatus feltrensis, archpresbyter Levici, rectorque Sanctae Iulianae an. 1739. Obiit anno 1751 die 8 octobris. Parochiam obtinuit circa an. 1718.

35. Christophorus Bussetus a Belveder, loco Crovianae Vallis Solis erecto in feudum anno 1579 ab episcopo tridentino, vixit Tridenti anno 1603, ac 1604.

36. Ioannes Baptista Bussetus de Rallo I.U.D. et consiliarius Ill.mi, ac R.mi domini domini Ludovici Madrutii cardinalis, episcopi, et principis tridentini, monumentum posuit Tridenti in ecclesia s. Marci Patrum Augustinianorum, sibi, ac posteris, et Christinae uxori suae defunctae die undecima decembris anno 1594, aetatis 45. Cuius inscriptionem retuli To. 1 Var. inscript. 895¹³⁴.

37. Familia Buseti de Rallo fundavit, et dotavit altare dici Ioannis Baptistae in ecclesia praedicta sancti Marci circa an. 1600. Videsis cit. To. 1, inscript. 896.

Il rev.do Pre Cristofol Buseti l'anno 1622 vivente.

38. Eredi di Cristoforo Buseti di Rallo consigliere di Salisburgo, e di Trento l'anno 1697, picturam quamdam procuraverunt in coenobio marciano.

39. Ioannes Baptista Bussetus de Rallo potestas Ripae anno 1582, dictus clarissimus dominus I.U.D. Ioannes Baptista etc. Idem post annum 1607 propria manu sese scripsit: Io. Baptista Bussetus de Rallo.

40. Ioannes Baptista Bussetus potestas Ripae pro ill.mo et R.mo domino domino Carolo Emanuele Madrutio episcopo et principe Tridenti anno 1637.

Anno 1624 nobilis dominus Bussetus consiliarius, ac deputatus etc.

41. Valerius Bussetus plebanus Sarnonici anno 1597. Filius fuit domini Petri Busetti de Rallo Vallis Annaniae clericus anno 1564, die quinta iunii, qua obtinuit a canonicis tridentinis Beneficium altaris sancti Andreae in ecclesia cathedrali Tridenti.

Dominus Carolus Bussetus de Rallo anno 1630.

Nobilis dominus Carolus Hieronymus Bussetus civis Tridenti anno 1669.

42. Michael Bussetus curatus sancti Vigili Tridenti anno 1645.

43. Dominicus Antonius Bussetus de Rallo Canonicus Regularis Lateranensis ad s. Michaellem, patricius tridentinus, nobilis imperialis, archiducalis, et episcopalis, ortus Tridenti die 28 ianuarii anno 1717. Presbyter ordinatus anno 1739; plebanus Sancti Michaelis ante an. 1758, et anno, quo vivere desiit 1766 die 22 maii morte fere subitanea.

44. Antonius Bussetus presbyter, ac sacrista ecclesiae cathedralis Tridenti an. 1759, et 1773, dictus Antonius Laurentius.

45. Christophorus Bussetus tamquam donator Comitum de Lodrono, est apud Prosperum Farinacium parte 1 Decisionum sacrae Rotae romanae, decisione 177 in *Tridentina Usurarum*, diei 14 martii 1608. Est contra eundem Bussetum iam mortuum. Sic et decisio 152 in *Tridentina Usurarum* 6 iunii 1607.

46. Nobilis domina Margarita Busetta vidua relicta quondam nobilis domini Caroli Sardanae de Hohenstein obiit Tridenti die 10 maii anno 1770. Fuit uxor secunda. Prima fuit Lodronia.

47. Nobilis domina Francisca Busetta tridentina, orta mense decembri anno 1755. Fuit pluribus annis in orphanotrophio tridentino: indeque in monasterium s. Clarae Tridenti die 16 februarii 1775; seraphicum induit habitum die 6 augusti eiusdem anni, dimisitque illum die 2 aprilis anno 1776 feria tertia Maioris hebdomadae; ac tandem

¹³⁴ Anno 1648 illustris, et excell-mus dominus Christophorus Busetus iudex delegatus.

anno 1778 nupsit domino Dominico Gressellio tridentino. Fuit mea novitia, sub nomine Sororis Iosephae Mariae Annae de Corde Mariae.

48. Suor Maria Barbara figlia del nobile signor dottor Gio. Battista Busetti monaca in s. Chiara di Trento l'anno 1610. + 1644.

49. Magnificus dominus Ioannes Baptista Busetus doctor, et Praeturae Tridenti locumtenens anno 1586 die primo martii.

Pietro Busetto cittadino di Trento nel 1635.

50. Bernardinus Busetus legum doctor, collegiatus Tridenti anno 1785, et hoc anno 1793, 1794, 1797, 1801.

51. Petrus Busetus obiit anno 1592 fuitque ceu stipes Busetorum hodie Rallo, Sansisiiii, ac Tridenti, teste Carolo Rosmino pag. 22.

52. Buseti nobilibus adnumerati fuerunt a Rudolpho secundo, qui ab anno 1576 usque ad annum 1612 imperavit: ex laudato Rosmino pag. 22.

53. Hieronymus Bussetus scripsit sex versus in funere cardinalis Ludovici Madrutii, eosque cum aliis aliorum edidit Inamius tridentinus post suam *Laudationem funebrem*, impressam Tridenti apud typographiam Simonis Alberti anno 1600, in 4^o parvo.

54. Matthaeus Busetus testamentum suum condidit anno 1569, instituitque suos haeredes universales Christophorum iuris utriusque doctorem, et consiliarium Caroli archiducis Austriae, ac Ioannem Michaellem filios suos legitimos: ex fragmento ipsius testamenti relato a domino Carolo Rosmino in libello edito Papiae anno 1792, pag. 34.

55. Christophorus Busetus invitus anno 1564 in domo domini Christophori Manincordii duxit in sua uxorem Dorotheam filiam domini Christophori de Arsio, urgente ipsomet Arsiano: ex citato Rosmino, pag. 37.

56. Christophorus Busetus anno 1602 emit domum Tridenti in Contrata s. Mariae Magdalenaee, teste laudato Rosmino.

57. Christophori eiusdem liber manuscriptus, sub titulo *Canzoniere*, servatur Roboreti in bibliotheca civica, referente praefato Rosmino pag. 21, qui eundem Christophorum constanter appellat *Bucetti*. Liber est authographus, in 4 partes tributus¹³⁵.

58. Rime di Cristoforo Bucetti trentino leguntur ad finem dicti libelli Rosminiani a pag. 39 ad 48.

59. Carolus archidux Austriae, de quo num. 54 fuit dux Stiriae, filius Ferdinandi primi imperatoris, natus anno 1540, uxoratus anno 1571, et defunctus Graecii in Stiria anno 1590: ex Fama austriaca Comitum Francisci Adami de Brandis pag. 289.

60. In nobilitate tridentina scripta anno 1791 inter nobiles imperiales, regios, et austriacos recensentur etiam Buseti de Rallo. Vide sis nostrum Senarium historicum.

61. Hic autem sciendum, quod etiam extra tridentinum episcopatum fuerunt Buseti, ac Busseti. Name reperi, quod anno 1730 vixit marchio Carolus Alexander Busetus mediolanensis decurio. Anno 1674 fuit bibliopola Venetiis Franciscus Busetus. Anno 1687 Nicolaus Bussetus fuit cancellarius episcopalis Parmae. Petrus Busetus civis derthonensis fuit episcopus derthonensis ab anno 1220 usque ad annum 1235. Melchior Busetus eius nepos fuit pariter episcopus derthonensis ab anno 1235 usque ad annum 1284, quo violenta morte occubuit.

¹³⁵ Christophorus Busetus civis Tridenti anno 1704.

62. L'eccellente signor dottor Gio. Battista Busetti abitante in casa propria di Contrada Oriola in Trento l'anno 1643. Io Gio. Battista Busetti da Rallo de man propria in Trento li 16 dicembre 1604¹³⁶.

63. Perillustris, ac excell. mus doctor dominus Felix Busettus anno 1675.

64. Nobilis domina Teresia Sitia, vidua doctoris Busetti, obiit Tridenti calendis februarii 1789.

65. Christophoro Busetto Nicolaus Inamius direxit elegiam latinam *affettuosa, e dolce*, teste Rosmino pag. 30.

66. Christophoro eidem plura epigrammata inscripsit Paulus Roccius veronensis, vir eruditus, et publicus ludimagister Roboreti ad an. 1553, teste Rosmino pag. 30.

67. Christophorus Busettus aliquot versus latinos edidit in obitu Vincentii Segalae, viri tunc celebris, quem sui saeculi ornamentum appellavit: ex citato Rosmino pag. 30.

68. Excellens I.U.D. dominus Christophorus Busettus de Rallo anno 1564: ex Rosmino pag. 36.

69. Magnificus, et clarissimus iurium doctor dominus Christophorus Busettus, consiliarius serenissimi principis Caroli Austriani, ac frater nobilis domini Ioannis Michaelis Busetti anno 1569: ex Rosmino pag. 34.

70. Misser Cristopholo [sic] Buset anno 1540 die 28 octobris fuit in castro Toblini col signor Gaudentio Madruzzo, sig. Sigismondo da Thon, sig. Nicolò Trautmastorff, con la signoria de misser Agnol fiscal, et misser Gioan Giacomo da Calavino, et il Vicario da Perzen. Busetus nominatus fuit ultimo loco¹³⁷.

71. Ser Christophorus Buset notarius de Rallo anno 1525.

72. Frater Ludovicus Busset sacerdos Ordinis Minorum Reformatae Provinciae Croatiae Carniolae Sanctae Crucis senex, vixit anno 1758 in conventu Montis Sancti Sanctae Mariae Gratiarum dioecesis goritiensis; sed patriam eius non inveni.

73. Misser Dario Busetti da Ral anno 1595.

74. Iosephus Franciscus Busettus Rallensis presbyter anno 1773.

75. Clarissimus dominus Ioannes Baptista Busettus de Rallo iurisconsultus, et iudex compromissarius in quadam causa tridentina anno 1595.

76. Ill. mus dominus Leonardus Busettus de Rallo, pro maiestate imperiali, ac regia capitaneus in pago sancti Sisinnii in Annania degens, cum ill. ma domina Catharina uxore sua die 27 decembris an. 1764.

77. Soror Maria Anna Norburga Buseta nobilis provincialis Clarissa in monasterio Münchendorffensi Carniolae velata calendis prilis anno 1742, vivensque etiam anno 1777; sed haec fuit carniolica, non tridentina.

CAPUT XXV

De familia Gervasia, et Besenella

1. Ser Gervasius notarius de Enno filius Leonardi Besenella de Coredo vixit anno 1494.

2. Nobilis vir ser Gervasius notarius de Enno anno 1497.

¹³⁶ Clarissimus dominus Io. Baptista Busetus consiliarius anno 1605. Il molto illustre, et eccel. mo sig. Gio. Battista Busetti capo console di Trento nel 1654. L'illustre, e clarissimo sig. Gio. Battista Busetto 1628.

¹³⁷ Anno 1714 Franciscus Vigilus Busettus civis Tridenti.- Ignatius Caietanus de Buset ortus die undecima augusti 1745 in Tareschendorf dioecesis Labacensis, factus est episcopus Tergestinus in Instria die 27 iunii 1796. Est etiam hoc anno 1806. – Bussetto, legno de' calzolari per batter le forme. Iac. Facciolatus in sua Orthographia italiana. Bussetto, terra del Ducato di Piacenza, detto *Buxetum*.

3. Ser Gervasius notarius de Enno an. 1503.
4. Gervasius notarius quondam Andreae Gervasii de Enno anno 1507. Gervasius quondam Andreae Gervasii notarius de Enno, et Ioannes quondam Melchioris olim fratris ipsius Gervasii anno 1509, feudatarii¹³⁸.
5. Sapiens vir ser Martinus Arvasius de Enno Vallis Annaniae, habitator in villa Persano, Vicarius iurisdictionis castri Kinispergi, eiusque Comitatus anno inter 1492, et 1508. Etiam familia quaedam veronensis reperitur appellata *Pressana, vel Persana*.
6. Antonius filius Arvasii de Arvasis de Enno anno 1523.
7. Haeredes quondam ser Gervasii de Enno anno 1529.
8. Haeredes quondam ser Gervasii notarii de Enno anno 1533.
9. Gervasius filius quondam Ioannis Petri de Enno anno 1534. Quidam ser Ioannes Petrus notarius habitator Enni vixit an. 1500, 1506, 1515, origine de Valle Telina, cognominatus alioquin de Stuppanis.
10. Ioannes Baptista de Gervasiis de Enno I.U.D. fuit assessor Clesii an. 1778-1783. Antea fuit locumtenens Stenici, et capitaneus Brentonici. Vivit Enni hoc anno 1793.
11. Pro *Gervasio* dicunt *Arvasium* etiam hodie anauni quidam.
12. Besenellae nobiles pressanenses sunt origine coredani, prout mihi asseruit P. Ioachimus Besenella.
13. Nobilis dominus Gervasius filius quondam nobilis domini Andreae de Gervasis de Pressano anno 1589.
14. Magnificus dominus Nicolaus Gervasius de Enno Vallis Annaniae anno 1646 die 12 aprilis.
15. Dominus Hieronymus de Albertis, dictis Gervasiis, obiit Enni in Valle Annania die 21 iulii 1624. Sed hic fuit ex familia Ennensi de Albertis, dicta de Gervasiis a Gervasio de Albertis, Hieronymi avo, ac iurisconsulti insigni.
16. Andreas quondam Gervasii de Enno die 13 iulii 1461, Coredi in castro Sancti Vigili a domino Georgio episcopo tridentino impetravit privilegium nobilitatis, et armorum, nempe Ursi cum rosa argentea in pectore in clipeo rubineo.
17. Maria Magdalena Besenella de Pressano fuit uxor secunda Ioannis Francisci Pompeati tridentini usque ad an. 1683, vixitque vidua etiam anno 1686. Orta est patre Francisco Besenella, et matre vel Anna Pedrotta, vel M. Magdalena Paulata.
18. Anno 1599 dominus Bartholomaeus Besenella Burgi Perzini. Et 1598.
19. Anno 1625 Giovanni di Andrea Bisinello da Pergine sartore. Obiit Castri Franci die 19 maii 1628 dictus Fr. Andreas Ordinis Minorum Reformatorum. Videsis To. 3 Diplom. num. 630, pag. 336.
20. Anno 1801 die 9 novembris Tridenti obiit Pater Frater Ioachimus Besenella de Pressano ex Provincialis Ordinis Minorum Reformatorum et ultimus mas gentis Besenellae.
21. Anno 1760 die 28 februarii Tridenti obiit P. Frater Ioannes Pius Besenella de Pressano ex Provincialis Ordinis Minorum Reformatorum, et patruus Patris Ioachimi.

¹³⁸ Anno 1641 vixit misser Gierolamo Bisenella da Perzine. – Anno 1713 il molto illustre sig. Giovanni quondam molto illustre sig. Francesco Besenella di Pressano. – Anno 1721 il molto illustre sig. Giovanni Besenella di Pressano.

CAPUT XXVI

De familia Concia.

1. Anno 1479 vixit ser Iacobus dictus de ser Conz de Volsana. Ita expresse habet charta quaedam.

2. Anno 1481 ser Iacobus Conzius de Volsana.

3. Anno 1490 providus vir ser Iacobus Conzius de Volsana Vallis Solis.

4. Anno 1526 haeredes quondam ser Iacobi Contii de Volsana.

5. Anno 1530 ser Iacobus Conzii [sic] filius quondam domini presbyteri Antonii Conzii de Volsana.

6. Anno 1530 ser Iacobus filius quondam venerabilis viri domini presbyteri Antonii de la Conza de villa Volsanae Vallis Solis, qui die 25 octobris vendidit decem petias terrae sitas in pertinentiis Comasini pro rhenesibus 101 et grossis duodecim.

7. Anno 1534 Hieronymus filius quondam ser Iacobi de la Conza de Volsana.

8. Anno 1548 Iacobus Concius de Volsana civis et habitator Tridenti, publicus imperiali autoritate notarius, et in Matricula notariorum Tridenti receptus. Ita ipsemet sese subscripsit.

9. Anno 1560 domini Michael, et Ioannes filii quondam domini Hieronymi Contii de Volsana Vallis Solis dioecesis tridentinae, fuerunt testes in civitate Tridenti

Anno 1565 Contius molitor Tridenti.

10. Anno 1583 dominus Stephanus Contius civis et habitator Tridenti.

11. Anno 1588 fuerunt habitatores Tridenti li nepoti di Madonna Massenza Conza.

12. Anno 1590 dominus Carolus Contius syndicus Thaii. Idem misser Carlo Conz di Thai anno 1605.

13. Anno 1597 dominus Andreas filius quondam domini Stephani Contii civis, et habitator Tridenti.

14. Anno incomperito: Iacobus Concius de Ossana ex Valle Solis votum pro filio iam mortuo fecit, et pro vita eidem miraculose restituta argenteam librarum undecim imaginem Sancto obtulit, quae hodieque cernitur. Ita PP. Bollandiani 24 martii, ubi de Sancto Simone tridentino num. 41, ex relatione italica typis edita anno 1588.

15. Anno 1558 Iacobus Acontius tridentinus librum suum de Methodo edidit Basileae.

16. Anno 1562 Iacobus Acontius alium suum librum vulgavit basileensibus typis sub titulo Stratagematum Satanae.

17. Anno eodem 1562 Iacobus Acontius Londini epistolam ad Ioannem Wiolfium tigurinum dedit de relatione edendorum librorum: in qua se dicit hominem, qui bona vitae parte inter Bartoli, Baldi, et eius farinae hominum sordes consumpta, multisque annis aulicae vitae, se minime tamen otiosae datis, sero admodum ad politiores musas accessit.

18. Inscriptio, quam Iacobus Acontius praemisit suo Stratagematum volumini haec est: “Divae Elisabethae Angliae, Franciae, Hiberniae reginae: non tam regii fastigii amplitudine, quam praestantissimis moribus insigni, literarum, multarumque linguarum scientia, et aliis elegantissimis animi corporisque dotibus ad miraculum usque ornatissimae, Iacobus Acontius, in signum memoriamque grati animi, ob partum eius liberalitate, quum in Angliam propter Evangelicae veritatis professionem extorris appulisset, humanissimaque exceptus esset, litararium ocium, hosce octo Satanae Stratagematum libros dicat consecratque”. Sic apostata ille literis maiusculis, absque ulla epistola nuncupatoria. Devixit in Anglia paullo post an. 1565.

19. Anno 1789 presbyter Iosephus Concius de Tridento aetatis an. 29 habitator in parochia s. Petri. Et anno 1793 Mantuae.

20. Familiae Conciae nulla mentio est in Matricula civium tridentinorum reformata anno 1572, et usque ad nostram aetatem producta. Pariter nullius Concii nomen occurrit in Albo consulum tridentinae civitatis.

21. Hic omittuntur Concii, qui sunt, aut fuerunt apud Maletum in Valle Solis, Tresium in Anaunia taiensi, Moalrium in Anaunia turritana, Nogaretum Pergini, et Cintam Calceranicae, omnes tridentinae dioecesis.

22. Sciendum autem, quod etiam extra eandem tridentinam dioecesim fuerunt plures Concii. Nam anno 1580 claruit Hieronymus Acontius iurisconsultus italicus. Anno 1577 Contius Academiae bituricensis professor, et scriptor iuridicus. Anno 1586 Bituricis in Gallia obiit Antonius Contius de Novioduno iurisconsultus et scriptor celebris. Anno 1472 Iacobus Acconcius civis, ac decemvir volaterranus in Etruria, de quo apud Muratorium To. 23 Rerum Ital., col. 14 et 15. Anno 1750 Benedictus Acconcius de Fivizzano regularis et scriptor.

23. Iacobus dictus fuit Acontius quia italice appellatus *dalla Conza*, sicuti alii dicti fuerunt italice *dalla Costa*, *dalla Mula*, *dal Ponte*, et latine *Acosta*, *Amulius*, *Aponte*.

24. Imago argentea beati Simonis, de qua supra num. 14. hanc praefert epigraphem: *Votum Iacobi Conzii de Volsana Valis Solis pro filio suo Iohane Ieronimo qui per merita beati Simonis bina, vice a morte revixit 1479*. Ita meo rogatu eam descripsit die 29 maii 1793 R.D. Georgius Mogottus presbyter ecclesiae s. Petri Tridenti. Ex hoc capitulo plura descripsi in folio, quod sub titulo *Monumenta Conciana* rogatus tradidi ill.mo cancellario aulico Tridenti Francisco Barbacovio hac die 30 maii 1793¹³⁹.

25. Anno 1648 Carlo Concio di Thai scrivante d'Antonio Begnudelli notaro collegiato, cittadino, e cancelliere dell'ufficio spirituale di Trento.

26. Anno 1503 Ieronimo, et Conto fratribus, et filiis quondam ser Iacobi Contii de Osana Vallis Solis diocesis tridentinae fecerunt quamdam liberationem egregii, et nobiles viri domini Iacobus de Prato, et Ioannes Antonius Pona cives tridentini, tutores Ioannis Baptistae, et Antonii filiorum, et haeredum quondam ser Giroldi Stazonerii de Prato civis Tridenti.

27. Anno 1656 prodiit Andreae Concii Geographia mathematica. historica, in 4° fig.

28. Anno 1603 vixit Tridenti misser Andrea Conzo, con Simon suo figliol, e Massentia sua figliuola. Conferto num. 11, et 13.

29. Petrus filius Petri de Conziis de Tresio notarius anno 1519.

30. Georgius Concius fuit syntaxista minor apud PP. Iesuitas Tridenti anno 1680 etiam italice dictus *Giorgio Concio*.

31. Hieronymus Conzus de Vulsana anno 1525.

32. Il signor Simon Conz di Trento nel 16...

33. Il rev. signor don Domenico Concio fece il suo testamento li 25 novembre 1626. Lasciò suoi eredi li sigg. Simon, e Sigismondo fratelli Cuertoni di Trento, ed alle orfane della Fraternità nova di Trento una brenta di vino, e stari due di pane.

¹³⁹ Anno 1612 madona Camilla Conza consorella della Fradaia nova. – Anno 1680 Giorgio Concio fuit Tridenti grammaticae studiosus.

CAPUT XXIX

De familia Margonia, et Torresanella

1. Anno 1365 vixit Margonus filius quondam Bartholomaei de Margono: idest ut ego quidem censeo, de Margono plebis pedecastellanae, curaeque Ravinatis, non vero de Margono Plebis Banalitanae. De primo exstat memoria ad annum 1149, 1244, Terra de Monte Margono¹⁴⁰.

2. Anno 1470 Matthaeus de Margono.

3. Anno 1499 Bartholomaeus, Antonius, Iacobus, et Simon fratres, filii quondam Matthaei de Margono, habitatores in Ravina. Alii haeredes Nicolai de Margono habitatores Ravinae.

4. Anno 1504 Simon Margoni de Ravina.

5. Anno 1518 Antonius quondam Matthaei de Margono.

Anno 1517 Ioannes de Margono de Ravina.

6. Anno 1521 Ioannes quondam Antonii Margoni de Ravina. Anno 1524 Zannettus f.q. Antonii Margoni de Ravina.

7. Anno 1522 Torresanus de Ravina.

Anno 1576 Bortolame Toresanel da Pissavacca. Et 1577 die 3 decembris, et 1579, die 16 aprilis.

8. Anno 1549 Ioannes Torresanus de Ravina.

9. Anno 1570 Bortolamè Toresanel dito de la Mad.^{na} [sic], figlio di Matè de Margon. Illud Mad.^{na} ego explico *Maddalena*, idest filius, aut maritus Magdalenae.

10. Anno 1571 dominus Symon de Margonis de Ravina.

11. Anno 1577 Ioannes quondam Bartholomaei Thoresanelli de Ravina sartor habitator Tridenti.

Anno 1578 Simon Margonus de Ravina.

Anno 1582 dominus Simon Margonus de Ravina.

Anno 1617 ser Nicolaus Margonus de Ravina

Anno 1583 gli eredi di Bartolomè dei Margoni di Ravina¹⁴¹.

12. Anno 1591 misser Simon Margon, et Antonio suo fratello da Ravina facti sunt cives Tridenti. Vixerunt etiam anno 1603.

13. Anno 1608 dominus Simon Margonus de Ravina.

Anno 1608 Nicolò di Margoni da Ravina. Anno 1608 Nicolaus f.q. Antonii de Margonis de Ravina, et Matthaeus de Margon eius frater seorsim vivens.

14. Anno 1608 misser Simon Margon da Ravina.

Anno 1606 ser Matè de li Margoni di Ravina.

15. Anno 1609 misser Simon Margon da Ravina.

Anno 1626 l'eredi di misser Simon Margon da Ravina: e Marchior Margon da Ravina.

16. Anno 1631 l'erede di misser Simon Margon di Ravina. Anno 1608 dominus Simon Margonus de Ravina¹⁴².

¹⁴⁰ Anno 1624 Marchior, et Antonio fratelli figli quondam Matè Margon di Ravina. – Anno 1588 Antonio quondam Dorigo Margon di Ravina. – Anno 1563 Bartholamio de Margon; e gli eredi de Guielmo de Margon. Marchior de Margon. – Anno 1580 Bartolame de Margon ditto Meotto de Ravina. – Anno 1631 Antonius quondam Odorici Margoni de Margono supra Toblinum. Ita quaedam charta, sed vide nostrum Invent. Orphan. p. 1088.

¹⁴¹ Anno 1639 Marchior di Margon, e Gelmo di Margon di Pissavacca.

¹⁴² Anno 1632 Anna moglie del quondam Matè Margon di Ravina. – Anno 1644 Udalricus filius Antonii Margoni de Margono incola Tridenti. – Anno 1631 Bortolamio f.q. Battista di Margoni di Ravina.

17. Anno 1664 Simon Torresanellus de Ravina, incola Stenici, maritus Catharinae filiae quondam Georgii Sixti de Seo, alias viduae relictæ quondam excellentis doctoris Ioannis Baptistæ Gonzati de Stenico, qui dictus fuit etiam Conzatus iurisconsultus, et claruit anno 1578.

18. Anno 1748 Iosephus Torresanellus de Stenico legum doctor. Etiam an. 1754. Videsis To. V Diplom. pag. 541 [num. 1152 in fine]. Obiit ante an. 1756.

19. Anno 1729 Simon Ioannes Udalricus filius eiusdem doctoris Iosephi natus est, qui anno 1747 nostrum Seraphicum induit habitum, et hoc anno 1794 est secretarius provincialis, dictus Pater Ioannes Evangelista, olim Provincia Custos, dein Minister.

20. Anno 1794 Laurentius Antonius Torresanellus I.U.D. notarius, et cancellarius Stenici, filius quondam dicti doctoris Iosephi.

21. Anno 1794 Iosephus Torresanellus, Laurentii filius, legum doctor, desiit esse Vicarius Thioni in Iudicaria Maiori, et coepit Vicarium agere Cavalesii in Flemmis. Fratrem habet nunc Romæ alumnum Collegii Germanici, nomine Carolum.

22. Anno 1771, et 1792 dominus Carolus Margonius de Ravina.

23. Anno 1681 Nicolaus Margonius presbyter, ac rector in Serravalle Vallis Lagarinae.

24. Anno 1161 Wido Margonus venetus Canonicus Regularis, episcopus oemoniensis, seu Civitatis Novae in Histria.

25. Anno 1793 die 25 iunii, Nicolaus Margonius iuratus communitatis Ravinae.

26. Anno 1795 Carolus praedictus frater Iosephi Torresanelli Stenicum rediit iam presbyter Romæ ordinatus. Antea studuit Tridenti. Nunc 1801 est cooperatores parochi banalensis, Sic et 1802, 1803, 1804, 1805.

27. Anno 1801 Franciscus eiusdem Caroli frater est studiosus physicae Tridenti, ubi ex febris putrida obiit anno 1802, die 26 ianuarii apud s. Mariam Maiorem, aetatis suae cir. anno 19. Ultimam eius confessionem sacramentalem audivi ego die dominico 17 ianuarii post Vesperas, quo die fuit etiam sacro Viatico munitus.

28. Anno 1804 Carolus Antonius Turrisanellus de Stenico, aetatis an. cir. 15 est Tridenti rhetoricae studiosus, ac filius doctoris Iosephi Vicarii stenicensis.

CAPUT XXX

De familia Tonina, et Filosia

1. Anno 1545 Nicolaus Toninae de Vigulo Basilicae habitator Barbanigae plebis Civezani.

2. Anno 154 Nicolaus f. q. Gasparini Toninae de Vigulo Basilicae, habitator Barbanigae Plebis Civezani.

3. Anno 1547 Leonardus filius Antonii dictus Toninus de Vigulo Basilicae.

4. Anno 1554 Baldessar quondam Dominici Tonini de Padergnono habitator Tridenti.

Anno 1557 Antonius f.q. Dominici de Toninis de Padergnono plebis Calavini.

5. Anno 1560 magister Paulus de Toninis de Vigulo Basilicae.

6. Anno 1571 Zuan Tonina detto Filoss de Mezo Lombardo.

7. Anno 1584 misser Salvador Tonin dit Filos abitante in Santo Michel.

– Anno 1638 Lucia sorella quondam P. Antonio Toresanel di Pissavacca e donna Bona di lei madre. – Anno 1644 Lucia sorella di Pietr'Antonio Torresanel da Pissavacca. – Anno 1635 Margoni de Ravina confines.

8. Anno 1587 Cristofol Tonina da Padergnon.
9. Anno 1587 Francesco Tonina da Padergnon.
10. Anno 1593 misser Salvador Tonin dit el Filos di Mez Lombardo.
Anno 1602 Christophorus Toninus de Vigo Vallis Annaniae.
11. Anno 1604 dominus Antonius quondam domini Salvatoris Tonini dicti Filos de Medio Sancti Petri.
12. Anno 1610 magnificus dominus Antonius Toninus de Medio Sancti Petri.
Anno 1610 dominus Antonius Filosius de Medio s. Petri.
Anno 1613 misser Antonio Tonina detto il Filos da Mezo Lombardo di Trento.
Anno 1608 Ioannes Tonina de Vigulo Basilicae.
13. Anno 1615 magnificus dominus Antonius filius quondam domini Salvatoris Tonin dictus Filos, habitator in villa Medii Sancti Petri.
14. Anno 1621 il magnifico signor Antonio Tonino detto Filos da Mez di S. Pietro.
Anno 1628 ser Ioannes Antonius quondam Leonardi Tonina Viguli Basilicae districtus Tridenti.
15. Anno 1625 ser Ioannes Antonius quondam Leonardi Toninae de Vigulo Basilicae.
Anno 1638 Ioannes Antonius Tonina de Vigulo Basilicae.
16. Anno 1631 Iacomo di Tonini di Padergnon.
Anno 1632 magnificus dominus Antonius Toninus agnominatus Filos de Medio Sancti Petri.
17. Anno 1633 signor Antonio Antonino detto Filos factus civis Tridenti; sed in meo Albo civium familia eius dicitur *estinta*.
18. Anno 1637 Antonio Tonina detto Filoss di Mezo Lombardo.
19. Anno 1637 dominus Antonius Toninus civis Tridenti pro se, ac sua familia sepulchrum posuit in ecclesia parochiali veteri s. Petri apud Medium Sancti Petri. Vide To. 1 inscript. 103, ubi est inscriptio: *Sepulchrum D. Antonii Tonini civis Tridenti*.
20. Anno 1699 Christophorus Tonina de Vigulo Basilicae natus est die 24 ianuarii, qui anno 1719 die 8 maii sub nomine Fr. Davidis habitum nostrum clericalem induit, tandemque obiit Tridenti in hoc conventu s. Bernardini die 12 martii an. 1775 aetatis 77. Fuit Guardianus, Definitor, confessarius monialium, concionator laboriosus, et vir bonus.
21. Anno 1738 Christophorus Tonina de Vigulo Basilicae, nepos praecedentis, ortus est die 19 decembris, et die 19 maii an. 1760 sub nomine Fratris Patricii cucullum nostrum induit. Vivit actualis Guardianus Campi in Iudicariis, et concionator.
22. Anno 1750 Ioannes Tonina de Vigulo Basilicae, patruelis praecedentis, natus est die 7 februarii et anno 1769 die 22 maii in conventu arcensi s. Mariae Gratiarum Fratibus nostris adscriptus fuit sub nomenclatura Fratris Ioannis Damasceni. Sacerdotio autem initiatus est die 10 iunii an. 1775. Vivit hoc anno 1794 concionator, et anno 1802 Guardianus Campi in Iudicariis.
23. Anno 1788 Gelasius Tonina de Viculo Basilicae frater Ioannis praecedentis, et Canonicus Regularis Lateranensis apud s. Michaellem Athesinum. Vivit curatus Fageti in plebe s. Michaelis. Nomine lustrali fuit Valentinus. Nunc ab anno 1804 curatus Pressani.
24. Anno 1740 Franciscus Tonina de Viculo Basilicae natus est die 18 maii, nostrum habitum induit die 28 augusti sub nomine F. Gervasii Tertiarii, sed ob adversam valetudinem exiit die 25 septembris 1768 in hoc coenobio tridentino. Vivit coelebs hoc anno 1794.

25. Anno 1747 die 30 martii alter Franciscus Tonina de Viculo Basilicae, patruelis praecedentis, natus est sub nomine Fr. Gervasii eundem Tertiarii habitum suscepit in dicto conventu tridentino die primo octobris 1768. Vivit nunc Frater professus ab anno 1776. Fratrem ibidem professum habet inter Patres Capuccinos, dictum

26. Anno 1749 Franciscus Filosius de Medio s. Petri habitum nostrum clericalem assumpsit in conventu arcensi s. Mariae Gratiarum cum nomine Fr. Ioannis Chrysostomi, sed dimisit eundem anno 1750. Deinde fuit presbyter. Hoc anno 1794 inter vivos non est: immo neque anno 1789 fuit.

27. Anno 1781 nominati sunt Fillosi de Tonin de Medio Sancti Petri.

28. Anno 1793 Ferdinandus Filos de Medio s. Petri presbyter aetatis an. 28.

29. Anno 1630 circiter il magnifico sig. Antonio Filos da Mezolombardo abitante in Trento.

30. Anno 1593 Oliver Filos da Pras.

31. Anno 1632 magnificus dominus Antonius Filosius de Medio Sancti Petri.

32. Anno 1793 Iacobus Filosi de Prasio Vallis Boni presbyter aetatis annorum 30.

33. Anno 1793 Salvator Filosi de Prasio Vallis Boni presbyter aetatis annorum 84. Fuit curatus Romaniani, ac deinde Cavedaci. De eo dixi in Parochiali tridentino cap. 135.

34. Anno 1793 Stephanus Filosi de Roncone plebis Boni est presbyter curatus Prevorii in plebe Thioni, aetatis an. 48.

35. Anno 1593 die 29 septembris a Ferdinando Austriae archiduce creati fuerunt nobiles Philippus, et Antonius Filosii de Prasio, quorum descendentes dispersi sunt per varia loca Iudicariarum, Riperiae Salodiana, ac dioecesis mantuanae, teste Cypriano Gnesotto in Monumentis Iuricariens. pag. 195.

36. Anno post 1776 episcopus tridentinus Petrus Vigilius filios Medii Sancti Petri recognovit nobiles archiduales, et imperiales.

37. Anno 1541 Iacobus filius quondam Guillelmi de Tholin de Medio Sancti Petri.

38. Anno 1492 discreti viri Gothardus filius quondam Tulini a Plaza de Metzio antiquo districtus civitatis Tridenti, nec non Wilhelmus, et Iohannes eius fratres.

39. Anno 1729 die undecima februarii natus est supradictus Franciscus Antonius Filosius Medii Sancti Petri, civis Tridenti, qui calendis maiis 1749 Roboreti in conventu s. Rochi mecum fuit acceptatus ad Ordinem seraphicum, cuius habitum induit sub nomine F. Ioannis Chrysostomi in conventu arcensi s. Mariae Gratiarum die 17 septembris 1749, sed ob adversam valetudinem deposuit die 23 martii anni 1750. Deinde fuit presbyter, curatus Vervaudi ante an. 1763, quo amplius non fuit. Vixit in patria etiam anno 1767.

40. Anno 1630 magnificus dominus Antonius Toninus dictus Filos, Medii Sancti Petri, incola Tridenti.

41. Anno 1632 ser Iacobus quondam ser Ioannis Antonii Toninae de Vigulo Basilicae.

42. Anno 1685 Paulus filius quondam Iacobi Tonini de Vigulo Basilicae.

43. Anno 1630 magnificus dominus Antonius Toninus Medii Sancti Petri, filius quondam domini Salvatoris, Tridenti habitator: et dominus Matthaeus Filosius.

44. Anno 1789 Ioannes baptista Filosi de Prasio plebis Boni presbyter aetatis annorum 74.

45. Anno 1793 Iacobus Filosi de Prasio presbyter aetatis annorum 30, et anno 1803 atatis annorum 37.

46. Anno 1793 Salvator Filosi de Prasio presbyter aetatis annorum 84.

47. Anno 1793 Stephanus Filosi de Roncono curatus Preori aetatis annorum 48.
 48. Anno 1793 Ferdinandus Filos de Medio s. Petri presbyter aetatis annorum 28, et anno 1803 aetatis annorum 37.
 49. Anno 1608 Ioannes, et Franciscus fratres filii quondam Leonardi della Tonina de Vigulo Basilicae.

CAPUT XXXII

De familia Caldonatia

1. Anno 1521 Dominicus Caldonatius Montanae, haeres quondam Nicolai de Pedecastello. Anno 1480 vixit Bartholomaeus filius quondam Nicolai Zaffalonchae de Pedecastello.
2. Anno 1529 Andreas Caldonatius possessor unius petiae terrae in pertinentiis Tridenti, loco dicto *in Castion*.
 Anno 1530 Andrea Caldonazo di Cognola.
3. Anno 1532 dominus Matthaheus Caldonatius notarius, et civis Tridenti¹⁴³.
4. Anno 1534 Valentinus quondam Odorici Caldonatii de villa Villae Montanae supra Tridentum iurisdictionis venerabilis Capituli Tridenti.
5. Anno 1539 Francesco fiol che fu de Andrea Caldonazo de Cognola sindaco de la giesia de Santo Vito.
6. Anno 1545 Matthaheus Caldonatius notarius Tridenti¹⁴⁴.
7. Anno 1548 Mattaheus quondam ser Omniboni Caldonatii de villa Villae Montanae iurisdictionis venerabilis Capituli tridentini, civis, et habitator Tridenti, publicus imperiali auctoritate notarius.
8. Anno 1553 Valentinus Caldonatius de villa Villae Montanae. Anno 1559 Valentinus Caldonatius de villa Villae Montanae supra Tridentum; et quondam Odoricus eius frater.
9. Anno 1561 egregius dominus Mattaheus Caldonatius notarius, et civis Tridenti.
10. Anno 1564 Mattaheus Caldonatius publicus Tridenti notarius. Anno 1559 Mathaeus quondam Andreae Caldonatii de Cognola.
11. Anno 1569 dominus Mattaheus Caldonatius notarius Tridenti.
12. Anno 1558 dixi 1558 Omnibonus filius domini Matthahei Caldonatii de Montanea notarii, ac civis Tridenti. Anno 1563 miser Matte Caldonazo.
13. Anno 1558 egregius dominus Matthaheus Caldonatius notarius Tridenti¹⁴⁵.
14. Anno ignoto Matthaheus filius quondam providi viri ser Omniboni Caldonatii de villa Villae Montagnae iurisdictionis venerabilis Capituli Tridenti, civis Tridenti, publicus imperiali auctoritate notarius, relevator instrumentorum egregii domini Georgii Malpagnae olim notarii Tridenti deputatus per magnificum dominum Ioannem Baptistam Moraggium placentinum, honorandum Tridenti Praetorem, ut in actis domini Ioannis Columbini notarii Tridenti. Porro laudatus Moraggius fuit Praetor Tridenti ab anno 1565 usque ad annum 1568.
15. Anno incomperato Iacobus filius domini Leonardi Pompeati civis Tridenti publicus caesarea auctoritate notarius, relevator scripturarum quondam ehigregii Mattahei Caldonatii notarii, de licentia magnifici domini Francisci Bettae iurisconsulti,

¹⁴³ Anno 1368 ser Pancera f.q. domini Caldonatii de Caldonatio.

¹⁴⁴ Anno 1565 l'egregio misser Matté Caldonazo. Anno 1569 misser Baldessar di lui figliolo.

¹⁴⁵ Anno 1627 Alphonsus quondam Nicolai Caldonatii de Cugnola, habitator in Burgo s. Martini Tridenti. – Anno 1598 Odoricus quondam Ioannis Caldonacii de Villa Montanae.

ut in rogitis domini Gotardi Franceschini notarii. Iacobus obiit anno 1600 fuitque notarius ante annum 1574.

16. Anno 1573, ac 1574 misser Ogniben Caldonazo.

17. Anno 1560 Matthaeus Caldonatius notarius Tridenti.

18. Anno 1588 Vili Caldonazo de Cognola.

Anno ignoto Gasparina Cusela Caldonatia. De qua fit anniversarium Tridenti ad s. Magdalenam.

19. Anno 1593 ser Vigilius de Caldonatiis Cognolae.

20. Anno 1604 misser Francesco Caldonatio di Trento Regolano della Villa di Montagna.

21. Anno 1607 Omnibonus quondam Matthaei Caldonatii de Cognola. Anno 1608 Omnibonus quondam Dominici de Caldonatiis de Civezano. Anno 1653 Omnibonus Caldonatius de Civezzano.

22. Anno 1608 Andrea Caldonazzo di Zotti di Coniola.

23. Anno 1626 Villi quondam Andrea Caldonazo di Cognola.

Anno 1631 Odorico Caldonazzo da Montagna detto Dorigon.

24. Anno 1629 Iacomo Antonio, et fratelli quondam Costantino Caldonazzo di Cognola.

25. Anno 1631 Lionardo quondam Marin Caldonaz di Civezzano.

26. Anno 1631 li eredi di misser Valentin Caldonazo.

80. Ill.ma domina Ursula orta Pompeata tridentina uxor dicti Georgii anno 1701, quo enixa est filiam Ursulam Aureliam Susannam, cuius patrinbus fuit per procuratorem ill.mus dominus Ferdinandus Ioannellus de Gandino Bergomi. Videsis To. V Cod. diplom., pag. 113 [num. 957].

CAPUT XXXVI

De familia Clusola

1. Anno 1392 vixit Marcus filius ser Alberti de Clusolis Vallis Lagarinae publicus imperiali auctoritate notarius.
2. Anno 1510 circiter spectabilis vir ser Iohannes Albertus de Clusolis Vicarius Comitatus Numii, et pertinentiarum.
3. Anno 1529 Philippus filius quondam domini Antonii de Clusolis civis, et habitator Tridenti notarius publicus.
4. Anno 1531 Philippus filius quondam ser Antonii de Clusolis civis, et habitator Tridenti notarius.
5. Anno 1538 Nicolaus filius quondam egregii domini Philippi de Clusolis notarii, civis, et habitator Tridenti, publicus imperiali auctoritate notarius.

¹⁷⁷ Mario Giovanelli scripsit librum cronistoria dell'antichità, e nobiltà di Volterra. In Pisa 1618, in 4°. – Niccolao Giovannelli senese lettore d'instituzione civile nell'università di Siena l'anno 1776, e 1777. – Anno 1804 die ... februarii ortus est Petrus Alcantarensis filius Comitissae Ioanelli tridentini, et Stachelburgae maranensis primogenitus.

6. Anno alio post 1530 Nicolaus filius quondam egregii viri domini Philippi de Beneventis clusolensis notarii, civis Tridenti, publicus imperiali auctoritate notarius.
7. Anno 1540 dominus Nicolaus notarius filius quondam domini Philippi de Clusolis, civis, et habitator Tridenti.
8. Anno 1544 Nicolaus de Clusolis civis Tridenti.
9. Anno 1548 Nicolò Chiusole consul Tridenti.
10. Anno 1555 Nicolò Chiusole consul Tridenti.
11. Anno 1557 misser Nicolò Chiusole cittadino e mercante in Trento.
12. Anno 1564 Nicolò Chiusole consul Tridenti.
13. Anno 1572 la famiglia Chiusola posita fuit in Matricula civium tridentinorum reformata dicto anno 1572.
14. Anno 1573 Nicolaus filius domini Philippi Clusoli notarius. Nicolaus filius domini Philippi Clusoli civis, et habitator Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius.
15. Anno 1574 Nicolò Chiusole notaro consul Tridenti.
16. Anno 1578 Nicolò Chiusole consul Tridenti. Ser Nicolaus Chiusole consul Tridenti eodem anno 1578.
17. Anno 1579 misser Nicolò Chiusole cittadino, e mercante in Trento.
18. Anno 1580, et 1581 Nicolaus Clusolus notarius, et civis Tridenti, ac Curiae episcopalis cancellarius. Habitator in Contrata s. Benedicti.
19. Anno 1583 Nicolaus quondam domini Philippi Clusoli, civis, et habitator Tridenti, publicus imperiali auctoritate notarius, et Curiae episcopalis cancellarius.
20. Anno 1585, ac 1588 Nicolaus Clusolus notarius, et civis tridentinus.
21. Anno 1610 Gio. Antonio Chiusole consul Tridenti. Sic etiam anno 1611, et 1615, 1616, 1620, 1624, 1625, 1634. Vixit etiam anno 1641, 1645.
22. Anno 1614 haeredes quondam nobilis dominae Iuniperæ Clusolæ.
23. Anno 1634 nobilis dominus Iosephus Chiusole de Naihoff olim exactor steurarum tirolensium ad fines Italiae. Anno 1636 il sig. Isepo Chiusol di Trento.
24. Anno 1647 Filippo Chiusole consul Tridenti. Sic etiam annis 1652, 1653, 1657, 1658. Filius fuit Ioannis Antonii, ac maritus ab anno 1641 Hieronymæ Gaudentæ.
25. Anno 1660 nobilis, et excell. mus dominus Philippus Clusolus confinis Pahi.
26. Anno 1664 nobilis et admodum rev. dominus Ignatius Clusolus.
27. Anno 1665 Francesco Chiusole cancelliere civico di Trento, et frater praeceidentis Ignatii. Obiit Tridenti anno 1686 die 5 maii hora 8 matutina.
28. Anno 1679 nobilis dominus Iosephus Clusolus civis Tridenti.
29. Anno 1687 nobilis, et spectabilis dominus Ludovicus Clusolus notarius collegiatus Tridenti.
30. Anno 1713 prete Lodovico Chiusole di Trento. Et 1707.
Anno 1690 prete Ignazio Chiusole di Trento.
31. Anno 1720 Guglielmo Chiusole.
Anno 1728 dominus Gulielmus Clusolus tridentinus.
32. Anno 1721 li 30 marzo, in Trento nel monastero della ss. Trinità dell'Ordine di s. Chiara è morta Suor Rosa Chiusole monaca Clarissa scalza, conversa, o sia servente, figlia del Prete Lodovico Chiusole di Trento, in età d'anni 33. Fu vestita li sei d'aprile 1712. Nel Battesimo venne nominata Catterina. Entrò nel monastero li 21 settembre 1711.
33. Anno 1769 die 25 februarii, Tridenti in Burgo novo obiit dominus Gothardus Clusolus coelebs.

34. Anno 1571 nobilis dominus Bartholomaeus filius quondam nobilis domini Benevenuti de Benevenutis Clusolarum fuit Norillii testis.

35. Anno 1571 fuit Roboreti in domo suae habitationis nobilis dominus Bartholomaeus f.q. nobilis, et egregii domini Benevenuti de Benevenutis Clusolarum notarii Roboreti, haeres dominae Mariae f.q. ser Bernardini Murlini. Ex Compend. diplom. To. 2, pag. 161, 166 [num. 334 3 341].

36. Anno 1571 egregius dominus Benevenutus Clusolanus.

37. Anno 1571 nobilis dominus Bartholomaeus f.q. nobilis domini Benevenuti de Benevenutis de Clusolis, haeres dominae Mariae Murlinae de Roboreto, praesens in Roboreto.

38. Anno 1571 dominus Antonius Clusolanus notarius Roboreti.

39. Anno 1727 Ioannes Baptista Clusolus patricius tridentinus, nobilis sacri romani imperii, medicus physicus, et auctor libri, de quo dixi in Bibliotheca Tirolensi verbo *Chiusole*.

40. Anno 1755 die 18 martii Roboreti obiit Antonius Clusolus nobilis sacri romani imperii, academicus Accensus Tridenti ad annum 1722, et auctor plurium librorum, quos recensui in citata Bibliotheca. Fuit frater doctoris Baptisate, ortu de Villa Lagarina.

41. Anno 1743 die 2 novembris Arci ad Sarcam obiit Gaspar Antonius de Clusolis clusolitanus, canonicus Collegiatae arcensis ad an. 1710, ibidemque archipresbyter ab anno 1722.

42. Anno 1547 die 3 maii Le Chiusole cum plurimis aliis mulieribus interfuerunt Triumpho tridentino celebrato in palatio madrutiano extra portam Veronensem Tridenti, teste Leonardo Columbino, qui eundem Triumphum descripsit, et cantu 54 ait: *Le Chiusole, Ronchone, e la Merlina*.

43. Anno 1675 doctor Ioannes Antonius Clusolus roboretanus aetatis an. 28.

44. Anno 1755 Felix de Clusolis clusolitanus legum doctor, ac Praetor Roboreti ab anno 1752 usque ad an. 1755, deinde commissarius Comitatus arcensis.

45. Anno 1766 Clusolis obiit Marcus Azo Clusolus legum doctor, Vicarius Iseriae, atque plurium librorum scriptor, de quo in Bibliotheca Tirolensi plura scripsi. Vixit an. 37, filius Felicis.

46. Anno 1795 Philippus Clusolus clusolitanus clericus anno 1764 rhetoricae professor in seminario tridentino ab anno 1773 usque ad annum 1774; deinde praedicator, primus parochus s. Mariae Roboreti ab anno 1787, nunc parochus Naci ab anno 1792.

47. Anno 1775 die 6 nov. Nogareti in Lagaro obiit presbyter Dominicus de Clusolis pomarolitanus aetatis annorum 64. Fuit canonicus ad Nives Salisburgi, et literatus. Videsis nostram Bibliothecam Tirolensem.

48. Anno 1787 obiit Adamus Clusolus clusolensis, nobilis imperialis, Comes Palatinus, pictor, et literatus, de quo in Biblioth. dixi.

49. Anno 1795 Ioannes Innocentius Baptistinus Clusolus clusolitanus, f.q. doctoris Marci Azonis, olim miles della Guardia nobile serenissimi Ducis parmensis ad an. 1785. Videsis nostrum Epistolarium To. 2, epist. 400.

50. Anno 1795 Anna Teresia vidua relicta praefati Marci Azonis, et filia quondam medici Petri Antonii Rosae tridentini. Vivit cum suis filiabus Ioanna, Veronica, et Anna, Tabernarii in cognolensi agro ab anno 1791, relicta domo urbana apud s. Marcum, olim Rosae patris sui. Obit ibidem die 10 maii 1798.

51. Anno 1731 die 4 novembris Roboreti in conventu nostro sancti Rochi obiit doctor Dominicus Clusolus roboretanus, frater persbyterorum Paridis, et Philippi, et nostrorum Xysti, et Ioannis Michaelis. Exta conventum fuit vulneratus.

52. Anno 1795 die... maii Roboreti dominus Philippus de Clusolis roboretanus, magister postarum ab anno cir. 1758, obiit.

53. Anno 1793 vixit presbyter Petrus de Clusolis clusolensis aetatis annorum 60. Obit Villae anno 1803, aetatis 72.

54. Anno 1793 presbyter Antonius de Clusolis clusolensis aetatis annorum 42.

55. Anno 1793 presbyter Bartholameus de Clusolis clusolensis annorum 32, alias 36.

56. Anno 1793 presbyter Ioannes Baptista de Clusolis clusolensis aetatis annorum 49; Viennae agens etiam anno 1789.

57. Anno 1793 presbyter Iacobus de Clusolis clusolensis annorum 49. Ferrariae degens etiam anno 1789.

58. Anno 1793 presbyter Iacobus de Clusolis roboretanus annorum 49. Idem cum praecedenti.

59. Anno 1788 obiit presbyter presbyter Iosephus de Clusolis clusolitanus aetatis annorum 41.

60. Anno 1637 dominus Gulielmus Clusolus civis Tridenti, cubicularius ill.mi, et R.mi domini episcopi tridentini.

61. Anno 1445 indictione 8 die dominico 7 maii vixit Bartholamaeus quondam Iohannis de Clusolis civis, et habitator Tridenti.

62. Anno 1564 nobilis dominus Hieronymus de Clusolis civis, et habitator Tridenti.

63. Anno 1589 die 18 ianuarii dominus Philippus f.q. spectabilis domini Nicolai Clusoli, olim in spiritualibus Tridenti cancellarii, habitator in Contrata Sancti Benedicti Tridenti.

64. Anno 1638 nobilis dominus Antonius Clusolus tridentinus.

65. Anno 1611 nobilis dominus Ioannes Antonius Clusolus unus ex proximioribus agnatis filiorum quondam excellentis doctoris domini Stephani de Oliveriis civis Tridenti. Etiam anno 1613.

66. Anno 1635 Filippo Chiusole, ac Antonio Chiusole cives Tridenti. Item alius Gio. Antonio Chiusole civis Tridenti.

67. Anno 1797 die 26 octobris Tabernarii obiit nobilis domina Anna filia quondam nobilis domini Marci Azonis Clusoli aetatis annorum 43, de qua in Necrologio universali num. 1551.

68. Anno 1620 domina Camilla filia nobilis domini Iustiniani Chiusoli plebis s. Mariae Maioris Tridenti.

69. Anno 1675 nobiles domini Ludovicus, et Nicolaus fratres Clusoli. Franciscus Clusolus Notarius.

70. Anno 1565 miser Nicolò da Chiusole notaro in Trento. Etiam anno 1548.

71. Anno 1581 dominus Daniel quondam domini Christophori de Clusolis Tridenti.

72. Anno 1710 nobilis dominus Petrus Antonius Clusolus notarius collegiatus Tridenti.

CAPU XXXVII

De familia de Comaio

1. Anno 1215 Comayum plebis Lomassi Vallis Iudicariae. Sic etiam an. 1368, 1372, 1375.
2. Anno 1360 Ioannes f.q. ser Uguzionis notarii de Comayo notarius.
3. Anno 1372 nobilis vir Ioannes notarius f.q. ser Ugutionis de Comaio plebatus Lomassi.
4. Anno 1419 Dominicus Ioannis de Comayo consul Tridenti.
5. Anno 1425 dominus Ioannes de Comayo notarius, iudex, et assessor Vicarii generalis Iudicariae.
6. Anno 1431 Ioannes de Comaio archiconsul Tridenti: et anno 1435 consul. Anno 1437 Ioannes de Comayo civis Tridenti.
7. Anno 1471 nobilis vir dominus Pelegrinus f.q. nobilis viri domini Antonii de Montenariis de Comayo plebis Lomassi, civis, et habitator Tridenti.
8. Anno 1482 ser Pelegrinus de Comayo consul Tridenti.
9. Anno 1494 Pellegrinus de Mantuanis de Comaio consul Tridenti. Sed legendum de *Montenariis*, prout legi egomet in charta scripta Comaii coram eo, et ferunt aliae chartae tridentinae.
10. Anno 1521 haeredes quondam Ioannis de Comaio confines Tridenti in Contrata Bellenzanorum.
11. Anno 1529 ser Franciscus f.q. ser Ioannis de Comaio civis, et habitator Tridenti: et Ioannes filius ser Francisci Comaii.
12. Anno 1533 haeredes ser Ioannis de Comaio olim civis Tridenti.
13. Anno 1553 dominus Martinus f.q. ser Ioannis de Comaio civis Tridenti.
14. Anno 1571 Martin Comai de Trento.
15. Anno 1612 dominus Laurentius quondam alterius domini Laurentii Comaii habitator Tridenti.
16. Anno 1619 Laurentius Comaius tumulum sibi paravit Tridenti in capella s. Luciae apud ecclesiam s. Marci PP. Augustinianorum, cum inscriptione quam retuli To. 1 Variarum Inscript. 874. Anno 1611 fuerunt confratres Fraternitatis Novae de Misericordia Tridenti misser Lorenzo Comay, et consorte. Anno 1605 magister Laurentius Comaius Tridenti habitator.
17. Anno 1572 familia de Comaio non fuit relata in Matriculam civium Tridenti tunc reformatam.
18. Anno 1720 die 27 martii Ioannes Antonius Comaius natus est Ripae: cucillum nostrum laicalem assumpsit die XI maii anno 1748 sub nomine Fratris Timothei; ac decessit Tridenti in conventu isto s. Bernardini die 30 novembris 1779, aetatis 60. Fuit sartor.
19. Anno 1460 Pelegrinus quondam Iohannis de Comaio Vallis Iudicariarum habitator Tridenti.
20. Anno 1467 Ceschinus quondam Iohannis Pelegrini de Comaio civis, et habitator Tridenti.
21. Anno 1626 dominus Laurentius Comaius habitator Tridenti in Contrata s. Mariae Magdalenae.
22. Anno 1418 nobilis vir Montanarius de Chomayo plebis Lomassi Vallis Iudicariarum.
23. Anno 1649 Petrus Comaius operarius Tridenti.

24. Anno 1793 presbyter Septimus Comai de Cavedino aetatis annorum 31, vivens Cavedini. Primiarius Madrutii anno 1803, aetatis 41.

25. Anno 1793 Frater Gaudentius Comai de Cavedino sacerdos Ordinis Minorum Capuccinorum aetatis annorum 40, vivens Alae in Lagaro inferiori. Anno 1798 annualista Tridenti. Anno 1803 aetatis annorum 50.

26. Anno 1797 Gaudentius Comai studiosus inferioris grammaticae Tridenti et anno 1798 mediae grammaticae.

27. Anno 1494 Zuhan de Comai da Sancta Croxe habitator Tridenti, unus ex Fratibus Fraternitatis novae s. Mariae de Misericordia Tridenti.

28. Anno 1803 Bartholomaeus Comaius de Cavedino, natus die 17 novembris 1786 studiosus grammaticae, ac nepos praedicti Patris Capuccini. Filius Angeli.

29. Anno 1474 Pelegrinus de Comaio confinis in Campo Trentino.

CAPUT XXXVIII

De familia Calapina

1. Anno 1572 in Matricula civium tridentinorum tunc reformata, inter antiquiores recensita fuit *La Famiglia Calapina*, quae in meo exemplari dictae Matriculae notatur *estinta*.

2. In catalogo consulum civitatis tridentinae ab anno 1415 initium ducente, occurrunt ex Calapinis sequentes consules.

3. Franciscus ser Adelperii de Calepinis anno 1421, 1425.

4. Adelperius de Calepinis an. 1424, 1429, 1436.

5. Odoricus de Calepinis an. 1427, 1432, 1439, filius Marci.

6. Bonaventura de Calepinis an. 1437, 1442, 1445, 1450, 1454, 1458.

7. Marcus de Calepinis 1447.

8. Calepinus de Calepinis iuris doctor, archiconsul anno 1461; consul secundus an. 1463, 1470; archiconsul 1482 dictus Calapinus.

9. Thomasius de Calepinis 1466, 1472; Calapinus anno 1491.

10. Ioannes de Calepinis 1469, 1475.

11. Donatus de Calapinis procurator 1482; consul 1495, 1500; archiconsul 1507.

12. Iacobus de Calepinis iuris doctor, et eques auratus, archiconsul anno 1501.

13. Andreas Calepinus 1519, 1527, 1532; archiconsul 1536.

14. Odoricus de Calepinis 1520.

15. Bonaventura Calepino 1545, quo catalogus coepit scribi italice: ac an. 1553, 1561, 1566.

16. Eustachio Calapino 1548.

17. Giorgio Calepino 1569.

18. Cristoforo Calapino 1578, 1579, 1581; archiconsul 1585. Post hunc nullus alius Calapinus legitur in dicto consulum catalogo.

19. Calapinus iudex fuit Tridenti an. 1256, 1258, et 1259.

20. Calapinus iudex de Flaveo fuit Tridenti an. 1258, qui episcopo tridentino dedit mutuo multos denarios.

21. Calapinus de Tridento iudex imperialis Curiae fuit Tridenti anno 1260.

22. Calapinus iudex faciens rationem Tridenti anno 1285.

23. Calapinus de Flaveo iudex Arci anno 1289, dein Vicarius.

24. Calapinus iudex de Flaveo Vicarius, et faciens rationem in Curia tridentina anno 1295, ac 1296.

25. Quondam dominus Calapinus iudex iuvenis Tridenti anno 1306. Tridenti in domo quondam domini Calapini iudicis iuvenis anno 1306 die 24 februarii.

26. Adelperius de Flaveo iudex fuit Tridenti anno 1326.

27. Adelperius domini Calapini iurisperitus, et civis Tridenti anno 1338.

28. Dominus Bonaventura iudex de Calapinis de Tridento anno 1379.

29. Bonaventura de Calapinis de Tridento an. 1448. Fuit arbiter in quadam lite.

30. Calapinus filius quondam ser Ioannis Calapini a Portella de Tridento, eiusque fratres in aetate minori constituti Christophorus, Antonius, et Iacobus, anno 1478. Conferto num. 44, et 132.

31. Clarissimus iuris utriusque doctor dominus Calapinus de Calapinis consul primarius Tridenti anno 1482.

32. Providus vir ser Donatus de Calapinis honorabilis civis, et habitator Tridenti, procurator dictae civitatis anno 1482.

33. Spectabilis iuris utriusque doctor dominus Calapinus de Calapinis massarius episcopi tridentini, habitator in Contrata Burgi novi Tridenti anno 1483.

34. Ser Donà Calapin, et ser Thomas Calapin anno 1485.

35. Nobilis dominus Donatus de Calapinis civis Tridenti anno 1495.

36. Georgius de Calapinis anno 1497, ac 1508.

37. Haeredes domini Calapini de Calapinis de Tridento anno 1498.

38. Donato de Calapinis civi Tridenti eiusque nepotibus Iacobo doctori, et Christophoro filiis quondam doctoris Calapini de Calapinis confirmavit antiqua feuda decimarum trilacensium episcopus tridentinus Udalricus anno 1498.

39. Honestus vir dominus Bonaventura de Calepinis utriusque iuris peritus anno 1390.

40. Soror Francisca de Calapinis de Tridento monialis chorista Ordinis s. Clarae in monasterio s. Michaelis apud Tridentum anno 1364.

41. Odoricus de Calapinis de Tridento anno 1435.

42. Adelperius de Calepinis vassallus episcopi tridentini anno 1435.

43. Dominus Bonaventura de Calapinis anno 1388.

44. Ioannes Calapinus de Madrucio carator habitator Tridenti, possessor in Campo Martio pertinentiarum Tridenti anno 1460.

45. Dominus Calapinus de Calapinis legum doctor anno 1475.

46. Bonaventura quondam domini Calapini de Calapinis, Georgius, Iacobus, Andreas, et Christophorus fratres eius anno 1487.

47. Dominus Calapinus quondam domini Bonaventurae de Calapinis massarius R.mi domini Georgii episcopi tridentini, habitator in Contrata Burgi novi Tridenti anno 1465.

48. Donatus Calapino fratri benemerenti faciendum curavit anno salutis 1485 sepulchrum in ecclesia cathedrali Tridenti, iacens in abside meridiana, prope altare B.V. Dolorosae, ac portam maiorem, nec non prope urnam marmoream in qua sculpta cernitur dicti Calapini doctoris effigies. Lapis sepulchralis exhibet etiam stemma, in quo est leo.

49. Donatus Magdalenae Bartolasiae quondam Tertiariae sancti Francisci, Bonaventurae Calapini coniugi, ac matri suae dilectae, anno 1499 sepulchrum posuit in ecclesia Sancti Bernardini Fratrum Minorum Observantium apud Tridentum, cum duplici stemmate, scilicet calapiniano leonato, et bartolasiano. Lapis nunc est in ecclesia

nova sancti Bernardini Fratrum Minorum Reformatorum apud Tridentum, non longe a porta principe. Ego puto, quod Magdalena fuerit filia Antonii filii quondam ser Bartolassii de Burgo Novo notarii, civis, et pluries consulis Tridenti, qui claruit saltem usque ad annum 1435.

50. Egregia domina Lucia filia quondam domini Thomae Calapini, uxor domini Stephani Cazuffi civis Tridenti anno 1487, ac 1509.

51. Andreas, et Christophorus fratres filii quondam doctoris Calapini de Calapinis, et Donatus eorum patruus anno 1508.

52. Christophorus Calapinus de Tridento, capitaneus pro caesare Maximiliano primo anno 1511.

53. Nobilis vir dominus Donatus Calapinus minister Fratraliae domus Dei Batutorum Laicorum Tridenti, habitator in Contrata Burgi noci anno 1512.

54. Nobilis vir dominus Donatus Calapinus habitator in Contrata Burgi novi Tridenti anno 1513.

55. Andreas Calapinus, eiusque nepos Eustachius quondam Christophori Calapini anno 1516.

56. Haeredes quondam domini Calapini anno 1517.

57. Dominus Andreas Calapinus de Tridento anno 1517. Dominus Andreas Calapinus Tridenti anno 1521.

58. Haeredes Donati Calapini anno 1521. Ex Chron. Michel. num. 2.

59. Gualterus Calapinus, et madonna Isabetta Calapina anno 1521. Ex Chron. Michel. num. 2.

60. Haeredes quondam domini Donati de Calapinis anno 1521.

61. Haeredes quondam domini Thomasii de Calapinis anno 1521.

62. Calapinus de Calapinis anno 1522.

63. Calapinus, et Odoricus fratres de Calapinis refutaverunt episcopo tridentino decimam Covali anno 1529.

64. Dominus Andreas Calapinus filius quondam domini Calapini de Calapinis civis Tridenti anno 1529.

65. Dominus Odoricus f.q. domini Thomae de Calapinis civis, et habitator Tridenti anno 1538.

66. Dominus Odoricus de Calapinis habitator in Contrata s. Benedicti Tridenti anno 1538.

67. Nobilis dominus Bonaventura filius nobilis domini Andreae de Calapinis civis Tridenti anno circiter 1542.

68. Quondam dominus Calapinus, et Odoricus fratres de Calapinis de Tridento anno 1545.

69. Dominus Bonaventura Calapinus Tridenti in domo sua hospitium dedit anno 1547 tempore sacrosancti Concilii tridentini, reverendo domino Luciano de Othonibus mantuano, abbati Pomposiae ferrariensis Ducatus, dioecesisque comaclensis, Ordinis s. Benedicti Congreg. cassinensis.

70. Nobilis dominus Christophorus filius nobilis domini Bonaventurae Calapini civis, et habitator Tridenti anno 1552.

71. Misser Bonaventura Calapino anno 1553.

72. Misser Andrea Calapino nobile di Trento anno 1553. Ex Chron. Michel. num. 33.

73. Nobilis dominus Bonaventura Calapinus civis Tridenti anno 1561, et 1562.

74. Nobilis dominus Bonaventura Calapinus anno 1565 possessor in loco dicto *a Mano*.
75. Dominus Bonaventura Calapinus anno 1566. Ex Chron. Michel.
76. Haeredes domini Bonaventurae Calapini anno 1571. Ex Chron. Michel. num. 45.
77. Nobilis dominus Christophorus quondam Bonaventurae de Calapinis, dominus iurisdictionis Grumesii anno 1580.
78. Illustris, nobilis, et magnificus dominus Christophorus Calapinus, dominus Grumesii an. 1585, et 1587.
79. Nobilis, et magnificus dominus Christophorus Calapinus, possessor in pertinentiis Cognolae anno 1587.
80. Dominus Donatus de Calapinis nobilis tridentinus anno 1519.
81. Gothardus de Calapinis de Tridento, canonicus, decanus, et Vicarius in spiritualibus generalis Tridenti anno 1465, 1466, et 1467, quo vivere desiit post maium.
82. Calapinus egregius iurisperitus, Gotardus, et Ioannes fratres, ac filii domini Bonaventurae de Calapinis de Tridento anno 1456.
83. Dominus Calapinus de Calapinis massarius domini episcopi in Tridento anno 1472, ac 1480.
84. Domini Calapini de Calapinis de Tridento iuris utriusque doctoris, consilia duo, scripta saeculo quintodecimo, pro quodam Castanetano, et pro alio volsanensi, sunt inter *Criminalia Consilia, et Responsa* collecta per Ioannem Baptistam Zilettum venetum I.U.D. ac edita typis Iordani Ziletti Venetiis anno 1560, Vol. 2, pagg. 95-102, in 4°.
85. Christophorus Calepinus de Tridento uxorem habuit Veronicam. Haeredes autem suas universales nominavit nobiles dominas Margaritam, Felicitam, et Veronicam suas neptes de quondam domino Calepino filio suo: quibus decedentibus sine filiis legitimis, et naturalibus substituit Domum Dei de Tridento. Ita ex decisione Sacrae Romanae Rotae in *Tridentina Bonorum. Veneris 7 aprilis* 1606 apud Prosperum Farinacium Iuris Consultum romanum parte prima Decis. 109, pag. 101, et 102, edit posth. Lugduni 1633. Decisio huiusmodi favet superstitibus sororibus Margaritae, ac Veronicae, adversatur autem anonymo marito defunctae Felicitae, seu Felicitatis. Tunc inter vivos non fuit Veronica uxor Christophori.
86. Calepini possessores in pertinentiis Tridenti, in loco dicto in *Misian*, anno 1565.
87. Dominus Donatus de Calapinis nobilis tridentinus, possessor in pertinentiis Tridenti extra portam s. Crucis de supra monasterium sancti Bernardini, in loco vocato in *Bolgar*, anno 1519.
88. Dominus Andreas Calapinus, et dominus Odoricus Calapinus cives Tridenti 1529.
89. Li heredi de misser Donato Callapino habitatores Tridenti in Contrata sanctae Crucis anno 1526.
90. Messer Andrea Callapino in dicta Contrata s. Crucis Tridenti anno 1526.
91. Messer Heustachio Callapino in dicta Contrata Sanctae Crucis anno 1526.
92. Dominus Calapinus de Calapinis doctor in iure, et massarius domini Ioannis episcopi tridentini in Tridento anno 1472.
93. Adelperius iudex, civis Tridenti anno 1325.
94. Thomas de Calapinis civis Tridenti fuit investitus de decimis in villa Covali anno 1468.
95. Calapinus de Calapinis I.U.D. civis, et massarius domini episcopi in Tridento anno 1480.

96. Sapiens vir dominus Bonaventura de Calapinis filius quondam domini Calapini de Calapinis de Tridento, anno 1384.

97. Dominus Calapinus iudex de Flaveo anno 1282 die 12 februarii in Tenno ante ecclesiam parochialem s. Mariae, a Ioanne notario filio Zenarii, et aliis hominibus de Tenno constitutus fuit procurator ad refutandum omnia iura episcopatus, specialiter de ficto vini, olei, bladi, et aliorum reddituum in manibus domini Henrici episcopi tridentini. Qui dominus Calapinus statim ibi fecit talem refutationem,

98. Marchus de Calapinis civis Tridenti anno 1408 detentus obses cum pluribus aliis civibus in quadam Rocha tirolensi a Comite Tirolis Federico Duce Austriae pro recuperando castro Stenici.

99. Ser Marcus quondam domini Bonaventurae de Calapinis anno 1395 habuit unum molendinum prope Tridentum supra Sanctum Franciscum.

100. Calapinus de Calapinis legum doctor, et civis Tridenti anno 1467.

101. Dominus Bonaventura de Calapinis tamquam avus maternus cuiusdam puellae neptis suae recusavit consentire, quod eadem neptis nuberet filio domini Ioannis militis de Predellis anno 1388, immo eadem puella recusavit. Id accidit die 27 decembris.

102. Dominus Calapinus iudex ordinarius de Tridento imperialis Curiae anno 1260 Tridenti.

103. Haeredes quondam domini Bonaventurae de Calapinis cives, et habitatores Tridenti in Contrata Burgi novi, anno 1473.

104. Nobiles viri ser Ioannes, et Donatus de Calapinis fratres, et filii quondam domini Bonaventurae, anno 1473.

105. Spectabilis, et generosus doctor dominus Calapinus de Calapinis tridentinus, orator R.mi domini episcopi tridentini anno 1481.

106. Sapiens vir dominus Bonaventura iuris peritus de Calapinis de Tridento anno 1390.

107. Sapiens vir dominus Bonaventura de Calapinis de Tridento iuris utriusque peritus anno 1390.

108. Christophorus Calapinus dominus iurisdictionis Grumesii. Anno 1664 die prima februarii in quodam examine iuridico instituto Grumesii per Bernardinum Vastum notarium tridentinum de mandato Sigismundi Francisci electi episcopi tridentini occasione possessionis eiusdem iurisdictionis dandae Simoni Petro Barbo, Antonio presbytero caeremoniario episcopali¹⁷⁸, Andreae, ac Ioanni fratribus, quidam testis deposuit, quod ipse cognovit sequentes iurisdicentes, nempe Christophorum Calapinum, Balthassarem Rochabrunam, Christophorum Grottam, Antonium Grottam eius filium, cuius fuerunt tutores duo Comites Vicentini. Qui quidem Antonius morabatur Romae, vendiditque iurisdictionem Comiti Rabbata¹⁷⁹. Hic eam tradidit in dotem marchioni Caprae. Antonium baronem Girardi de Castello, ac tandem dominos Barbos.

109. Nasimbenus de Calapinis civis Tridenti anno 1339.

110. Providus, et sapiens vir dominus Nasimbemus de Calapinis civis, et habitator Tridenti in Quarterio Sancti Benedicti anno 1339.

111. Dominus Georgius de Calapinis civis Tridenti anno 1508.

¹⁷⁸ Alias coeremoniarius archiducali Oeniponti. Videsis supra pag. 229 [caput XXVIII, n. 39], alium.

¹⁷⁹ Anno 1649 fuit Tridenti Come Rabbata cubicularius maior regis domanorum et Hungariae Ferdinandi IV. Anno 1683 obiit Frater Ioseph Rabbata de Goritia, ortu nobilissimus, eques Ordinis Hierosolymitani et episcopus Labacensis ab anno 1664. Anno 1741 obiit Antonius Rabbata vir literatus, ortus Goritiae ex nobilissima et vetustissima Etruriae familia.

112. Dominus Donatus de Calapinis possessor al Cernador extra portam s. Crucis anno 1499.

113. Sapiens, et eloquens vir dominus Bonaventura de Calapinis de Tridento, iuris utriusque peritus, anno 1388.

114. Dominus Calapinus iudex fuit testis Tridenti anno 1239.

115. Egregius dominus Odoricus quondam domini Thomasii de Calapinis civis, et habitator Tridenti in Contrata s. Benedicti anno 1538.

116. Illustris, et nobilis dominus Christophorus Calapinus, dominus Grumesii, curator nobilis dominae Apolloniae Cazuffiae suae neptis anno 1587.

117. Discretus iuvenis Thomasius f.q. nobilis viri ser Calapini de Calapinis civis Tridenti, et Marchadantus eius frater anno 1450, die nono septembris in Burgo Perzini a R.mo in Christo Patre, et domino domino Iacobo Zeno de Venetiis I.U.D. episcopo feltrensi, et bellunensi, atque Comite, Papae referendario, et assistente, obtinuerunt investituram feudi decimalis sex mansorum iacentium in Montanea Castegnedi dioecesis feltrensis, et septimi iacentis in Campanea villae Canalis, necnon octavi iacentis in Rovreda plebanatus Perzini: de quo quidem feudo investiti fuerant ipsi anno 1441 ab episcopo Thoma Thomasino, et antea etiam ipsorum pater.

118. Nobilis vir dominus Iorius f.q. domini Valterii de Calapinis civis, et habitator Tridenti anno 1557.

119. Nobilis domina Margaretha f.q. clarissimi doctoris domini Laurentii de Cazuffis olim civis, et habitator Tridenti, et uxor praedicti nobilis domini Iorii de Calapinis anno 1557.

120. Nobilis dominus Georgius f.q. domini Gualterii de Calapinis de Tridento, maritus, et coniuncta persona dominae Margarethae eisu uxoris, filiae excellentis iuris utriusque doctoris domini Laurentii de Cazuffis civis, et habitatoris Tridenti anno 1564.

121. Dominus Odoricus f.q. domini Thomae de Calapinis civis Tridenti anno 1541.

122. Egregia domina Lucia f.q. domini Thomae Calapini olim civis Tridenti et uxor egregii viri domini Stephani quondam ser Laurentii Cazuffi civis, et habitatoris Tridenti anno 1507.

123. Dominus Odoricus f.q. domini Thomae de Calapinis civis, et habitator Tridenti possessor unius petiae terrae plodiorum tredecim cum duabus domibus et una pischeria, sitae extra portam s. Crucis ad s. Franciscus, cui confinant a mane petia terrae nuncupata *El Paradis*, et a septentrione conventus s. Francisci, anno 1538.

124. Dominus Calapinus iudex fuit testis Tridenti an. 1277.

125. Clarissimus, et famosus iuris utriusque doctor dominus Calapinus de Calapinis honorabilis civis Tridenti, et massarius R.mi domini episcopi tridentini anno 1464¹⁸⁰.

126. Thomas quondam Calapini de Calapinis civis Tridenti die 28 augusti 1467 a Ioanne episcopo tridentino in castro s. Vigili de Coredo fuit investitus de decima, quae colligitur in villa Covali districtus Tridenti prout habuerunt eius antecessores.

127. Iacobus quondam Calapini de Calapinis doctor, et civis Tridenti eiusque fratres Andreas, et Christophorus die 12 decembris 1498 ab Udalrico episcopo tridentino investiti fuerunt de quadam decima in pertinentiis Tridenti *a Man*¹⁸¹.

128. Andreas, et Christophorus fratres, filii quondam domini Calapini de Calapinis die 4 novembris 1508 a Georgio episcopo tridentino investiti de dicta decima *a Man*¹⁸², deque eorum feudis. Donatus de Calapinis eorum patruus vivens.

¹⁸⁰ Anno 1463 fuit massarius nobilis dominus Leonardus a Sale honorabilis civis Tridenti.

¹⁸¹ a Deman.

¹⁸² a Deman.

128. Andreas Calapinus, eiusque nepos Eustachius quondam Christophori die 3 decembris 1516 inuestiti de eorum feudis Trilaci ab episcopo tridentino Bernardo. Et die ultimo februarii 1517 de decima a *Man*¹⁸³.

130. Calapinus de Calapinis orator domini episcopi tridentini apud Petrum Mocenigo Venetiarum Ducem anno 1475 die 22 ianuarii.

131. Franciscus quondam dominae Bertae de Calapina de Rovredo fuit testis in Rovredo sub domo communis anno 1307.

132. Calapinus de Madrucio possessor in pertinentiis Tridenti, in Contrata ubi dicitur in *Campo Marzo* anno 1417.

133. Adelperius quondam ser Marci de Calapinis de Tridento anno 1431.

134. Bonaventura quondam ser Marchi de Calapinis de Tridento anno 1431¹⁸⁴.

135. Nobilis dominus Bonaventura Calapinus civis Tridenti anno 1564 commissarius executor testamenti cuiusdam.

136. Iohannes quondam ser Calapini de Campo fuit testis Tridenti anno 1379; sed non ex familia Calapinorum.

137. Providus, et discretus vir ser Thomasius quondam ser Calapini de Calapinis de Tridento, civis, et habitator Tridenti anno 1478.

138. Dominus Adelperius iudex de Tridento Vicarius in temporalibus Tridenti an. 1328, 1330, et 1331.

139. Dominus Adelperius civis Tridenti iudex in Vallibus Annaniae, ac Solis anno 1338.

140. Dominus Bonaventura iuris utriusque peritus, filius quondam domini Adelperii iudicis de Calapinis de Tridento anno 1391.

141. Dominus Calapinus archipresbyter plebis sanctae Mariae Ripae anno 1249.

142. Calapinus de Ripa syndicus ecclesiae sanctae Mariae de Ripa anno 1225, forsitan pater archipresbyteri Calapini.

143. Calepinus de Calepinis, et socii eius assumpti ad faciendam bechariam in civitate Tridenti, fecerunt capitula cum procuratoribus civitatis Tridenti, quo ad pretium carniarum anno 1477.

Ex his et aliis feci libellum inscriptum: *Chronologia Calapina, sive nobilium Calapinorum Tridenti ab anno 1256 usque ad annum 1606, deducta, et ipsismet veterum monumentorum verbis contexta. Tridenti 1795 kalendis octobris, in 4° pagg. 61.*

144. Anno 1494 Steffan de Calapin da la Portella civis Tridenti.

CAPUT XLI

De familia Ciurletta

1. Anno 1587 additi fuerunt Matriculae civium tridentinorum misser Zuan Francesco, et Iseppo Ciurletti fratelli; quorum posterius adhuc supersunt, aucti titulo Comitum Sacri Romani Imperii anno 1790 a Vicario imperiali Carolo Theodoro Duce, ac Electore Bavarico.

2. Anno 1589 Francesco Ciurletta fuit consul Tridenti. Sic etiam anno 1594. Il quondam nobile sig. Francesco Ciurletta nel 1613.

¹⁸³ a Deman.

¹⁸⁴ Anno 1185 Calapinus de Ludrun: ex Bonelli To. 2, pag. 88, et 497.

3. Anno 1613 Gio. Antonio Ciurletta consul Tridenti. L'eccl.mo sig. dottor Gio. Antonio Ciurletta Vicario della Fradaia nova nel 1631.
4. Anno 1621 Gio. Antonio Ciurletta dottore consul Tridenti. Sic etiam anno 1622, et 1628, et 1632. Anno 1620 Gio. Antonio Ciurletti ministro della Fradaia nova.
5. Anno 1630 Bortolamio Ciurletta dottore consul Tridenti. Etiam anno 1649.
Anno 1633 nobilis dominus Ioannes Baptista Ciurletta¹⁸⁵.
6. Anno 1634 Gio. Battista Ciurletta consul Tridenti. Etiam an. 1639, 1643, 1647. Il nobile, et eccl.mo sig. dottor Gio. Battista Zurletta fratello di Bortolamio.
7. Anno 1650 Francesco Ciurletta consul Tridenti. Etiam an. 1655, et 1662 quo obiit die 22 augusti, morte subitanea. Fuit medicus.
8. Anno 1658 Gio. Paolo Ciurletta cancellarius communitatis Tridenti. Etiam an. 1659, et 1671, 1672, 1673.
9. Anno 1676 Paolo Ciurletta consul Tridenti.
Anno 1632 Ego Bartholameus Ciurletta I.U.D.
10. Anno 1693 Simone Ciurletti consul Tridenti. Etiam anno 1694, et 1697.
11. Anno 1705 Giuseppe Iob Ciurletta consul Tridenti.
12. Anno 1709 Giuseppe Iob Ciurletta consul Tridenti
13. Anno 1710 Giuseppe Iob Ciurletta consul Tridenti.
14. Anno 1741 Gio. Paolo Ciurletti dottore consul Tridenti. Etiam anno 1754, et 1759.
15. Anno 1742 Simone Ciurletta consul Tridenti, etiam anno 1746.
16. Anno 1745 Gio. Paolo Ciurletta dottore consul Tridenti, etiam anno 1749.
17. Anno 1751 Simone Ciurletti consul Tridenti, etiam an. 1755, et 1756, et 1761, ac 1762, 1767, qui obiit coelebs Tridenti die XI maii an. 1769 aetatis 66.
18. Anno 1757 Giuseppe Ciurletti consul Tridenti, etiam anno 1765, 1769, 1773, 1778, doctor.
19. Anno 1763 Gio. Paolo Ciurletti dottore consul primarius. Dein consiliarius aulicus Tridenti.
20. Anno 1784 Leopoldo Ciurletti, Ioannis Pauli filius, consul Tridenti. Nunc est thelonarius Sancti Martini.
21. Anno 1770 die 24 decembris Tridenti apud s. Petrum obiit Ioannes Paulus Ciurletti de Belfonte I.U.D., consiliarius aulicus Tridenti, actualis ab anno 1763.
22. Anno 1521 providus vir ser Ioannes quondam Fedrici Zurlet de Teresso Vallis Annaniae civis, et habitator Tridenti.
23. Anno 1542 nobilis dominus Ioannes Antonius Zurlet habitator Burgi novi Tridenti.
24. Anno 1538 dominus Ioannes Antonius Zurletta tridentinus.
25. Anno 1515 ser Ioannes Zurletta civis Tridenti.
26. Anno 1554 domina Margaretha uxor domini Ioannis Zurleti civis Tridenti.
27. Anno 1555 domina Soror Magdalena Zurletta de Tridento monialis s. Michaelis Ordinis s. Clarae extra portam s. Crucis civitatis Tridenti.
28. Anno 1554 domina Margaretha Siccia, uxor domini Ioannis Antonii Zurlettae de Tridento.
29. Anno 1550 apotheca domus domini Ioannis Pauli Zurletae mercatoris Tridenti in Contrata Plateae.

¹⁸⁵ Anno 1633 nobilis dominus Ioannes Baptista filius quondam nobilis domini Francisci Ciurlettae civis Tridenti, et habitator in Contrata s. Petri. Nobilis, et excell.mus dominus Ioannes Antonius Ciurletta Vicarius venerabilis Confraternitatis Orphanarum Tridenti.

30. Anno 1550 dominus Ioannes Paulus filius quondam Bartholomaei Ferrarii de Valle Solis civis, et habitator Tridenti, cognomento Zurlata, et mercator praedictus. Hic fuit de Imario, ut accepit, ac stipes Comitum hodiernorum de Ciurlettis.

31. Anno 1588 dominus Ioannes Ciurlata possessor in pertinentiis Negrani plebis Pahi.

32. Anno 1550 Tridenti apotheca domus domini Ioannis Pauli Ziurletae filii quondam Bartholomaei Ferrarii de Valle Solis, mercatoris panni, ac civis, et habitatoris Tridenti in Contrata Plateae.

33. Anno 1692 Simon Ciurlettus promassarius Tridenti.

34. Anno 1635 dominus Ioannes Paulus Ciurlatta episcopus bibliensis, et canonicus Tridenti, frater Ioannis Baptistae.

35. Anno 1575 magnificus dominus Ioannes Ciurletta tridentinus, maritus magnificae dominae Barbarae de Cerris, et sororis domini Particellae.

36. Anno 1499 ser Ioannes dictus Zurlata quondam Francisci de Teresso Vallis Annaniae tridentinae diocesis fuit Tridenti testis. Egomet legi et *Fedrici*, et *Francisci* attentis oculis.

37. Anno 1566 Ioannes Antonius Zurlata tridentinus Tirani in Valle Telina profugus, uxore Tridenti manente, sorore domini Hieronymi Sitti. To. 4 Cod. diplom. num. 913 et seqq.

38. Anno 1552 Zuanantonio Ciurleti chugnato de misser Batista Osbaldo de Trento, Tirani pariter profugus.

39. Anno 1553 Zuanantonio Zurleto profugus Tirani.

40. Anno 1637 dottor Bortolameo Ciurletta cittadino di Trento.

41. Anno 1571 nisser Zuan Ciurlata de Trento.

42. Anno 1633 nobilis dominus Ioannes Baptista Ciurletta tridentinus. Anno 1629 il molto nobile sig. Gio. Battista Ciurletta.

43. Anno 1631 perillustris, et R.mus dominus Ioannes Paulus Ciurletta episcopus bibliensis, et canonicus Tridenti.

44. Anno 1631 nobiles, et excell.mi domini Ioannes Antonius, et Bartholomaeus fratres Ciurletti ambo cives Tridenti, et doctores collegiati Tridenti.

45. Anno 1666 nobilis, et spectabilis dominus Ioannes Paulus Ciurlettus notarius Tridenti, emit domum in Contrata s. Petri a vidua domini Martini Zanoni.

46. Anno 1671 nobilis et spectabilis dominus Ioannes Paulus Ciurlettus notarius Tridenti.

48 [sic]. Anno 1588 reverenda domina Soror Magdalena Ciurlata de Tridento monialis conventus sancti Michaelis Ordinis s. Clarae in Burgo Sanctae Crucis de Tridento, dicta domina Soror Magdalena Zurlata Tridenti anno 1563, ac etiam Magdalena Ciurlata de Tridento, eodem anno: Magdalena Zurlata de Tridento anno 1557, ac 1596; Magdalena Ciurlata Tridenti anno 1585.

49. Anno 1744 die 11 septembris Tridenti in monasterio ss. Trinitatis Ordinis s. Clarae obiit Mater Soror Maria Ioanna Ciurletta tridentina, aetatis an. 31; baptizata fuit die 31 octobris 1711, ac professa die 8 iunii anno 1732.

50. Anno 1742 anonymus [Ioannes Franciscus] Ciurlettus fuit parochus Fulgaridae.

51. Anno 1557 misser Bartolomeo Zurlata, et nepoti mercanti, et cittadini di Trento.

52. Anno 1557 misser Giovan Zurlata mercante, et cittadino di Trento, alius a dictis nepotibus; ac etiam seorsim a Bartholomaeo agens.

53. Anno 1606 misser Giovanni Ciurletta mercante, et cittadino di Trento, co' suoi nepoti Ciurletti.

54. Anno 1526 ser Zoan Zurletta cittadino di Trento.

55. Anno 1675 Ioannes Paulus Ciurlettus notarius imperialis collegiatus Tridenti, habitator in plataea sancti Petri.

56. Anno... post 1697 Ioannes Iacobus [sic] Ciurlettus notarius imperialis collegiatus Tridenti, et R.mae Curiae episcopalis cancellarius; sed puto legendum *Ioannes Paulus*.

57. Anno 1687 Ioannes Paulus Ciurlettus Curiae generalis cancellarius Tridenti. Ita typi, sed ego puto ipse scripserit *Curiae episcopalis*.

58. Anno 1767 die primo octobris Trilaci un Supramontio decessit Ioannes Baptista Ciurlettus de Tridento I.U.D., alioquin habitator in platea sancti Vigili Tridenti, sepultus ibidem.

59. Anno isto 1796 Aloysius Ciurlettus praecedentis filius, ac I.U.D. est gubernator marchionatus Castellariensis in dioecesi mantuana pro episcopo tridentino a maio anni 1794. Natus est Tridenti die 20 iunii 1764.

60. Anno 1796 Vigilius Ciurlettus eius patruus, est archipresbyter Basilicae in Supramontio ab anno 1775.

61. Anno 1796 Iosephus Franciscus Ciurlettus eius nepos, presbyter est capellanus, et pro coereemoniarius episcopalis Tridenti.

62. Anno 1534 Ioannes Antonius Zurlet iussus fieri fecit pecunia sua famosum organum sanctae Mariae Maioris Tridenti. To. 1 Inscript. 463.

63. Anno 1792, et hoc anno 1796 Antonius Felix S.R.I. Comes de Ciurlettis, dominus de Lerchen, patricius tridentinus. Factus est Comes anno 1790 a Duce bavaro Vicario imperiali, throno vacante. Dicto anno 1792 uxorem duxit Comitissam de Arco unus ex eisu filiis, nomine Felix.

64. Anno 1630 nobilis, et excell.mus dominus Bartholomaeus Ziurletta civis Tridenti.

65. Anno 1577 gli eredi di misser Zan Paolo Zurletta di Trento.

66. Anno 1712 il dottor Francesco Antonio Sizzi cancelliero, ed Andreana Cattarina Ciurletti consorti, ambidue trentini. Vide Cap. 19, num. 18, 51, ac 116.

67. Anno 1756 die primo decembris Tridenti apud s. Petrum obiit Antonius Albertus Ciurlettus de Belfonte, filius doctioris Ioannis Pauli, natus 20 augusti 1737, et a die 19 augusti 1755 usque ad 5 februarii 1756 novitius noster clericus Arci sub nomenclatura F. Ioannis Pauli. Sepultus fuit cum nostro habitu in hac nostra ecclesia sancti Bernardini.

68. Anno cir. 1760 Tridenti apud s. Franciscum Xaverium in Collegio Iesuitarum Damasus Ciurlettus Iesuita grammaticae magister actualis, filiusque doctoris Ioannis Pauli, obiit. Laudatur ab ex Iesuita Gasparo Savoyo in Dissertat. de sepeliendis mortuis pag. 20.

69. Anno 1793 die 8 ianuarii Tridenti apud s. Petrum obiit Margarita filia quondam consiliarii Francisci Ignatii Sitti, et uxor quondam consiliarii Ioannis Pauli Ciurletti, coeca, aetatis annorum 85, sepulta apud s. Petrum.

70. Anno 1793 die 20 ianuarii Tridenti apud s. Petrum obiit Iosepha filia Comitissae Antonii Ciurletti de Belfonte, aetatis annorum 17, sepulta apud s. Petrum die 22.

71. Anno 1792 die 14 iunii Tridenti apud s. Petrum obiit Anna Ciurletta, neptis olim episcopi Antonii Felcis Ciurletti, innupta aetatis annorum 73.

72. Anno 1780 Aloysius Ciurlettus de Belfonte studiosus rhetoricae Tridenti.

73. Anno 1772 Ioannes Franciscus Ciurlettus de Belfonte studiosus grammaticae Tridenti. Etiam anno 1771.

74. Anno 1785 Simon Ciurlettus presbyter, frater archiepiscopi Vigili, obiit Tridenti.

75. Anno 1785 Iosephus Ciurlettus frater Simonis, iuris utriusque doctor, obiit Tridenti.

76. Anno 1796 vivit Teresia Ciurletta soror innupta Vigili archipresbyteri, orta anno 1730 die... aprilis. Obit Tridenti die 13 aprilis 1800.

77. Anno 1786 die 18 februarii Tridenti in platea macellari obiit Antonia Ciurletta, Teresiae soror, et uxor relicta quondam domini Dominici de Lazaris civis Tridenti. Vide To. 2, epist. 332.

78. Anno 1572 dominus Bartholomaeus Zurletta civis tridentinus fuit in castro Mecheli plebis Clasii testis.

79. Anno 1756 Gian Paolo Ciurletti prefetto dell'archivio segreto di Sua Altezza R.ma monsignor vescovo, e prencipe di Trento. Ita etiam anno 1760.

80. Anno 1793 Hilarion Ciurlettus tridentinus studiosus humaniorum litterarum Tridenti; rhetoricae anno 1797, filius Leopoldi.

81. Anno 1797 die quinto ianuarii Tridenti apud s. Petrum ex peticulari morbo decessit Elisabetha uxor Leopoldi Ciurletti, filia quondam equitis Dominici Mersii tridentini, aetatis annorum cir. 34.

82. Anno 1797 Paulus Ciurletti de Belfonte studiosus grammaticae Tridenti, et anno 1799 rhetoricae.

83. Anno 1772 clarissimus dominus Iosephus Ciurlettus I.U.D., et civis tridentinus, advocatus in quadam causa.

84. Anno 1781 quondam doctor Antonius Ciurlettus, et ill.ma domina Antonia vidua eius uxor, orta Busetta vivens dicto anno 1781.

85. Anno 1782 Petrus Ciurlettus de Tabernario cognolitanus.

Anno 1802 Ioannes Paulus Ciurlettus, Leopoldi filius, de quo supra.

86. Anno 1634 illustris, et excell.mus dominus Ioannes Antonius Ciurletta civis tridentinus.

87. Anno 1565 misser Zuan Ciurletta cittadin di Trento.

88. Anno 1802 Veronica Cribella tridentina, uxor Comitiss Antonii Ciurletti de s. Petro. Obit Tridenti die 31 maii 1804. Fuit soror Hieronymi episcopi nepesini.

89. Anno 1659 haeredes quondam nobilis domini Ioannis Baptistae Ciurletti.

90. Anno 1631 nobilis, et excell.mus legum doctor dominus Bartholomaeus Ciurleta civis Tridenti.

CAPUT XLIII

De familia Scarpiona

1. Anno 1572 in reformatione Matriculae civium tridentinorum posita fuit etiam *Famiglia Scarpiona*.

2. Anno 1464 vixit Chrispus dictus Scarpionus quondam magistri Ioannis barberii de Arimeno¹⁸⁶ civis, et habitator Tridenti ex meo Spicilegio Cazuff. num. 121. In Martyrologio romano sunt duo Sancti nomine Crispi. Videsis infra num. 20.

3. Anno 1564 Bernardino Scarpion strazarollo, e cittadino di Trento.

¹⁸⁶ Da Rimini, de Arimino.

- Anno 1590 mastro Batista quondam mastro Andrea Scarpion sartor in Trento.
4. Anno 1492 magister Batista quondam ser Andreae Scarpioni civis, et sartor Tridenti. Anno 1613 misser Gio. Battista Scarpion abitante sul Canton di Trento¹⁸⁷.
 5. Anno 1607 haeredes quondam magistri Bernardini Scarpioni confines Gabioli in plebe Pahi. Item misser Batista Scarpion. Mastro Batista Scarpion sartor in Trento 1600, 1603, 1604, 1607.
 6. Anno 1635 Gio. Battista Scarpion cittadino di Trento. Misser Battista Scarpione fu sepolto li 13 febbraio 1615 certo certius.
 7. Anno 1674 Bernardino Scarpioni console di Trento.
 8. Anno 1679 Bernardino Scarpione console di Trento.
 9. Anno 1682 Gio. Pietro Scarpioni console di Trento. Sic etiam an. 1687, et 1691.
 10. Anno 1689 Bernardino Scarpioni console di Trento¹⁸⁸.
 11. Anno 1691 il molto illustre signor Bartolomeo quondam signor Bernardino Scarpione patricio, e cittadino di Trento.
 12. Anno 1691 Gio. Pietro Scarpioni console di Trento.
 13. Anno 1694 Bartolomeo Scarpioni console di Trento.
 14. Anno 1697 Gio. Pietro Scarpioni console di Trento, Sic et anno 1698.
 15. Anno 1698 Gio. Pietro Zello Scarpione console di Trento.
 16. Anno 1703 Gio. Pietro Scarpione console di Trento. Ita etiam anno 1710 post quem nulla alia est mentio Scarpionum in fastis consolaribus: qui quidem Scarpionii habitarunt in Contrata germanica, e regione Porticum, ac aedium familiae Travaleae. In ecclesia curata Cognolae altariolum erexerunt cum inscriptione ista: *Altare Nob. Familiae Scorpionae*, habens insignia sua. et Familiae Zellae, cuius sepulchrum prope idem altare iacet.
 17. Anno 1765 Tridenti obiit novissimus Scarpionus, qui me praesente suum testamentum senex, sed sanus publicavit in nostro refectorio tridentino sancti Bernardini, quo quidem testamento suum haerodem universalem addito cognomine Zell-Scarpioni pronunciavit ill. mum dominum Antonium Emmanuelem Sardaneam de Hohenstein, in cuius palatio est effigies cuiusdam nobilis Scarpioni.
 18. Anno 1724 perillustris dominus Bartholomaeus Scarpeonus. To. 5 Diplom. num. 1047.
 19. Anno 1494 Bernardin Scarpion confrater Fraternitatis novae s. Mariae de Misericordia Tridenti.
 20. Anno 1494 Antonia de Cristoffol Scarpion soror Fraternitatis praedictae.
 21. Anno 1624 domina Anna Scarpiona di Trento li 19 agosto fece il suo testamento, e lasciò una libbra d'olio alla chiesa parrocchiale di s. Maria Maggiore.
 22. Anno 1598 magister Baptista Scorpionus sartor, et publicus mobiliu Tridenti aestimator. Idem anno 1611 maestro Battista Scarpion sarto stimador pubblico.
 23. Anno 1644 maistro Andrea Scorpioni.
 24. Anno 1523 Nicolò Scarpion.

¹⁸⁷ Anno 1593 magister Baptista Scorpionus [sic] sartor, et civis Tridenti. – Anno 1611 dominus Ioannes Baptista Scarpionus confinis in Plazina, sive Pietra Stretta. – Anno 1590 magister Baptista quondam Andreae Scarpioni sartor, et civis Tridenti. – Anno 1600 magister Baptista Scorpionus sarctor [sic], et civis Tridenti.

¹⁸⁸ Anno 1628 il sig. Gio. Batta Scarpion. Anno 1640 la casa della sig. Scarpiona in Trento. Anno 1642 messer Andrea f.q. Zuan Scarpion. Anno 1536 Andrea Scarpiono di Trento. Anno 1610 maistro Battista Scarpione sartore. Anno 1530 dona Margarita Scarpiona con marito ammalato. Anno 155 magister Andreas quondam Baptistae Scarpioni sutor incola Tridenti. Anno 1659 Andreas Scorpionus. Anno 1649 dominus Andreas Scorpionus civis Tridenti.

25. Anno 1624 die 29 augusti madonna Margarita Scarpiona fu sepolta.
26. Anno 1538 magister Andreas sutor, filius quondam Bernardini Scarpioni civis, et habitator Tridenti.

CAPUT XLIV

De familia Zella

1. Anno 1542 Franciscus Alexander Zelus filius Stephani Zeli syndicus ecclesiae Cognolae. Scripsit pro eadem ecclesia, Montanae prope Tridentum, in loco, qui dicitur Zelum, in stuba, seu vaporario domus Stephani Zeli. Scripsit eodem anno pro laudata ecclesia etiam Tridenti rogatus, et requisitus.

2. Anno 1551, 1554, 1561, 1569, 1573, 1575 Franciscus Alexander Zelus filius quondam Stephani de Zentilinis Montagnae civis, et habitator Tridenti, publicus imperiali auctoritate notarius.

3. Anno 1563 egregius dominus Franciscus de Zello notarius, et Avisii Vicarius: quio quidem anno occidit Georgium Concinum avisiensem.

4. Anno 1569 Franciscus Zelus notarius Tridenti, de quo vide nostrum Compend. diplom. To. 2, num. 311.

73. Anno 1686 die 30 decembris il molto illustre, et clarissimo sig. Ludovico Rovereti, padre di Suor Chiara Ludovica monaca Clarissa in s. Michele di Trento con dote di ragnesi mille.

CAPUT LVIII

De familia Malfatta

1. Anno 1448 vixit Iohannes filius Francisci Malfato de Brentonico.

2. Anno 1479 ser Ioannes quondam ser Francisci Malfacti de Brentonico stipendiarius domini Philippi de Lupis comestabilis Ripae.

3. Anno 1483 Antonius filius Bertoni Malfatti de Tierno Vallis Lagarinae.

4. Anno 1523 Albertus de Malfatti clericus ecclesiae cathedralis Tridenti: qui anno 1517 dictus fuit tantum Albertus clericus ecclesiae cathedralis Tridenti.
5. Anno 1548 magnificus dominus eques Malfatus Alae Vallis Lagarinae.
6. Anno 1582 dominus Andreas de Malfattis de Brentonico.
7. Anno 1585 Vettor Malfatto di Trento.
8. Anno 1588 il magnifico misser Francesco Malfatto di Ala.
9. Anno 1588 Soror Angelina Malfatta de Ala, Francisci filia, abbatissa monialium Clarissarum s. Michaelis Tridenti, vestita die 3 maii anno 1563. Obit anno 1624 die 18 novembris. Fuit abbatissa etiam an. 1606, et 1616.
10. Anno 1590, 1591, et 1592 Andreas Malfattus de Brentonico Potestas Ripae.
11. Anno 1592 excellens Andreas Malfattus Praetor Ripae.
12. Anno 1620 Suor Angela Malfatti monialis Clarissa ad s. Trinitatem Tridenti a die 15 maii, antea dicta Francisca.
13. Anno 1657 die 9 novembris obiit Tridenti in monasterio s. Michaelis¹⁹⁸ Soror Angela Malfatta de Ala Lagarina.
14. Anno 1644 nobilis, et admodum reverendus presbyter dominus Andreas filius quondam nobilis domini Victoris Malfati olim civis tridentini¹⁹⁹.
15. Anno 1644 nobilis dominus Hieronymus Malfatus eius frater.
16. Anno 1644 nobilis, et spectabilis dominus Oliverius Malfatus quondam eius frater.
17. Anno 1644 clarissimus, et perillustris consiliarius dominus Antonius Malfatus. Anno 1646 clarissimus dominus Antonius de Malfattis consiliarius Tridenti.
18. Anno 1648 dominus Ioannes Baptista quondam Nicolai Malfati roboretanus, incola Tridenti. Videsis To. 4, Dipol. num. 710.
19. Anno 1675 Andreas Malfatus.
20. Anno 1650, et 1662 Andreas Malfattus archipersbyter Holani.
21. Anno 1606 die 27 aprilis misser Vittor Malfatto notaro factus est civis Tridenti, et Matriculae civium tridentinorum additus.
22. Anno 1646 il clarissimo signor consiglier Antonio Malfatti pariter factus est civis Tridenti.
23. Anno 1624 Vettor Malfatti notaro fuit consul Tridenti. Sic et anno 1625.
24. Anno 1656 Gieronimo Malfatti consul Tridenti.
25. Anno 1657 Gieronimo Malfatti consul Tridenti.
26. Anno 1671 Andrea Malfatti consul Tridenti.
27. Anno 1675 Andrea Malfatti consul Tridenti.
28. Anno 1701 Lodovico Malfatti dictor, archiconsul Tridenti, etiam anno 1702, 1706, 1707, 1712, 1713.
29. Anno 1715 Gierolamo Malfatti dottore consul Tridenti. Sic etiam anno 1716, 1721. 728.
30. Anno 1735 Giacomo Malfatti consul Tridenti frater Hieronymi. Sic etiam anno 1739, 1744, 1748, 1752.
31. Anno 1781 Domenico Malfatti consul Tridenti filius Hieronymi. Sic etiam an. 1776, 1777.
32. Anno 1781 Domenico Malfatti archiconsul Tridenti. Sic et anno 1782, et 1787, ac 1792. Obit Bruneggii in Pustaria die 19 septembris 1797.

¹⁹⁸ *Nel numero precedente è detta del monastero della SS. Trinità! La correzione è di mano del Tovazzi, che prima aveva tentato di scrivere *Trinitatis*.

¹⁹⁹ Anno 1680 Cheminus Malfattus fuit Tridenti studiosus grammaticae.

33. Anno 1660 Andrea Malfatti cancellarius civicus. Ita et anno 1663, ac 1664.
34. Anno 1608 Victor Malfattus notarius.
35. Anno 1623 Victor Malfattus fuit pater Hieronymi aetatis annorum 16.
36. Anno 1592 Andrea Malfactus Brentonicensis iuris utriusque doctor, et Praetor Ripae. Propria manu in fronte cuiusdam libri scripsit: *Ad commodum Andreae Malfacti*.
37. Anno 1621 die 26 iunii Tridenti sepulta fuit domina Lucretia uxor domini Victoris Malfatti.
38. Anno 1530 sub datum in Insprugg latino diplomate imperator Carolus quintus creavit Comites Palatinos spectabiles Ioannem Antonium, et Ioannem Franciscum de Malfactis de Vico.
39. Anno 1666 Andreas Malfatti publicus imperiali autoritate notarius collegiatus Tridenti.
40. Anno 1499 Franciscus Malfatus filius egregii viri domini Blasii de Malfatis, habitator in villa Allae Vallis Lagarinae, publicus imperiali auctoritate notarius.
41. Anno 1622 egregius dominus Victor Malfatus notarius Tridenti.
42. Anno 1637, ac 1642 spectabilis dominus Oliverius Malfatus de Malfatis notarius Tridenti.
43. Anno 1639 Malfattus Oliverius de Malfattis notarius publicus, et Tridenti collegiatus. Ita etiam anno 1640. Decessit ante annum 1644. Nam
44. Anno 1644 vixerunt Tridenti haeredes quondam nobilis, et spectabilis domini Oliverii filii quondam nobilis domini Victoris Malfati olim civis Tridenti.
45. Anno 1640 Malfattus Oliverius quondam nobilis domini Victoris Malfatti publicus apostolica, et caesarea auctoritatibus notarius, et Tridenti collegiatus.
46. Anno 1637, ac 1641 spectabilis dominus Oliverius Malfatus de Malfatis notarius Tridenti.
47. Anno 1767 l'ill.mo signor abbate Giacomo Antonio de Malfatti cavaliere del Sacro Romano Impero, e patrizio di Trento etc. Ita doctor Galliciolus. Idem Iacobus. Hieronymi frater, tonsuram ecclesiasticam, et quatuor Minores Ordines suscepit ab episcopo Pellensi suffraganeo Tridenti me praesente in ecclesia s. Margaritae Tridenti, anno 1756 die 12 iunii; sed ultra in clericatu non processit. Obiit Tridenti die 29 maii anno 1780, et apud s. Mariam Maiorem sepultus est. Natus est die 19 maii 1699, uxoremque olim habuit.
48. Anno 1787 l'ill.mo signor Giuseppe de Malfatti cavaliere del S.R.I. signore di Thiesfeld, et Stiegenberg, e capitano di sua imp. regia apostolica maestà. Sic praefatus Galliciolus. Iosephus fuit nepos Iacobi, et obiit Tridenti in Via Lata die 2 maii 1791.
49. Anno 1721 vixit ill.mus, et R.mus dominus abbas Iosephus Malfattus patricius tridentinus.
50. Anno 1754 die 15 decembris Tridenti obiit dominus Victorius Iosephus de Malfattis ss. theologiae doctor, et sacerdos, aetatis an. 88. Idem anno 1717 dotavit capellas domesticas Tabernarii, et Fornacis, mille rhenensibus. Videsis To. 1 inscript. 1254.
51. Anno 1674 facta fuit effigies Margaritae Teresiae Malfattae annorum aetatis 23 tridentinae.
52. Anno 1762 die 14 februarii Tridenti in monasterio s. Michaelis extra Portam Veronensem, Ordinis s. Clarae, obiit Mater Soror Maria Archangela Malfatta de Tridento, soror equitis Hieronymi, olim abbatissa. Nata est die 20 octobris 1687, ac velata die prima ianuarii 1715. Vide nostrum Promptuarium Spiritus franciscani parte 2, Cap. 58 et seqq.

53. Anno 1801 die 4 martii, Tridenti, in Via Lata obiit ill.mus dominus Ludovicus Malfattus, filius primogenitus quondam equitis Hieronymi, olimque consiliarius aulicus Tridenti. Uxorem habuit infoecundam, religione lutheranam, natione vero prussianam, quae ab eo discessit, et tandem anno 1789 in Prussia obiit. Sexcentos florenos quolibet anno Ludovicus ei dare consuevit.

54. Anno 1747 die 24 ianuarii obiit in praefato monasterio sancti Michaelis Mater Soror Ludovica Iosepha Lucretia Teresia, soror laudatae Arcangelae, filia quondam Ludovici alterius, olimque abbatissa.

55. Anno 1770 die ultimo martii, pariter obiit in memorato monasterio Mater Soror Ioanna Iosepha Maria, filia Hieronymi Malfatti, neptisque Ludovicae, atque Archangelae, necnon olim abbatissa, aetatis annorum 51.

56. Anno isto 1805 vivit Pater Frater Ignatius Malfattus filius quondam equitis Hieronymi, sacerdos Ordinis Minorum Reformatorem s. Francisci natus die 25 maii an. 1728. Cucullum induit die 26 maii 1747, et sacerdotio initiatus fuit Tridenti die 16 iunii 1753. Studuit Tridenti, et Salisburgi. Antea dictus est Iacobus Antonius Philippus Nerius Urbanus.

57. Anno 1805 vivit Teresia soror eiusdem Ignatii, uxorque infoecunda ill.mi domini Alberti Vigili Comitis de Albertis de Poya civis Tridenti.

58. Anno 1794 die 28 februarii Burgi in Ausugio Inferiori obiit ill.ma domina Claudia soror eiusdem Teresiae, uxorque foecunda ill.mi domini Pauli de Hippolytis, et Paradiso, antea defuncti, cui nupsit ante annum 1747.

59. Anno 1756 obiit Iosephus Andreas Bartholomaeus eques de Malfattis, dominus in Thiesfeld, civis Tridenti, natus die 20 decembris 1690; canonicus Tridenti a die 20 martii 1716, admissus qua familiaris austriacus, cum onere dandi pensionem Ernesto Rudolpho baroni de Halden cedenti, Filius fuit Ludovici.

60. Anno 1760 die... aprilis Tridenti in Via Lata, me praesente obiit ill.mus dominus Hieronymus Malfattus consiliarius aulicus Tridenti, cui Maria Teresia imperatrix oretenus mutavit cognomen, sed frustra, in Melfatti.

61. Anno 1760 die 19 aprilis Tridenti apud s. Marcum obiit ill.ma domina Archangela filia laudati equitis Hieronymi Malfatti, et uxor ill.mi domini Dominici Antonii Salvetti nunc S.R.I. Comitis de s. Lazaro, foecunda, aetatis an. 35, mens. 4, dierum 25.

62. Anno 1211 vixit Malfatus syndicus Pranzi plebis Theni.

62bis. Anno 1803 Antonius Malfatti presbyter Roboreti aetatis annorum 54.

63. Anno 1720 il signor dottor Lodovico Malfatti uno degli aggiunti dell'ill.mo Magistrato consolare di Trento.

64. Anno 1728 il clarissimo signor console Girolamo de Malfatti.

65. Anno 1795 notarii Andreae Malfatti protocolla dedit cuidam apothecario Ludovicus Malfattus, de quo supra; sed eadem emit, et in archivum civicum transtulit nobilis, egregius, et prudens dominus Iosephus de Castello Trilaci notarius Tridenti.

66. Anno 1499 Franciscus Malfatus filius egregii viri domini Blasii de Malfatis habitator in villa Allae Vallis Lagarinae, publicus imperiali auctoritate notarius. Iam notatus fuerat num. 40.

67. Anno 1618 egregius dominus Malfattus de Malfatis notarius Tridenti.

68. Anno 1285 Ianes quondam Malfati de terra Folgariae fuit syndicus universitatis Folgariae.

69. Anno 1711 die 16 martii Tridenti in monasterio Clarissarum ss. Trinitatis obiit Mater Soror Margarita Teresia Malfatta de Tridento, quae velata fuit die 28 octobris an. 1674, sine nominis mutatione, vixitque annis 63.
70. Anno 1665 nobilis dominus Hieronymus Malfattus Tridenti.
71. Anno 1631 il signor dottor Malfatto di Roveré.
72. Anno 1656 admodum reverenda Mater Angela Malfatta Vicaria monasterii ss. Trinitatis Tridenti.
73. Anno 1641 reverenda Mater Angela Malfatta abbatissa monasterii ss. Trinitatis Tridenti.
74. Anno 1667 nobilis dominus Hieronymus Malfattus.
75. Anno 1711 perillustis, et excell.mus dominus Hieronymus Malfatti.
76. Anno 1712 perillustis, et reverendus dominus Ioseph Victorius Malfatti.
77. Anno 1708 perillustis, et clarissimus dominus Ludovicus Malfatti.
78. Anno 1709 dominus Thomas Malfatti collegiatus Tridenti.
79. Anno 1753 ill.mus dominus Iacobus Malfattus Tridenti.
80. Anno 1764 Malfatti de Tierendorff, et Gittelberg barones roboretani.
81. Anno 1805 Malfatti de Thiesfeld, et Stiegenberg. Comites tridentini ab anno 1790.
82. Anno 1656 il signor capitano Gieronimo Malfatti. Ex nostro Chron. Michel. num. 81.
83. Anno 1710 il sig. Girolamo de' Malfatti. Ex eodem Chron. num. 165.
84. Anno 1585 Vettor Malfatto di Trento. Ex cit. Chronico num. 56.
85. Anno 1739 Giuseppe Andrea Bartolommeo Malfatti canonico di Trento, de quo supra num, 59 et cita. Chron. num. 155.
86. Anno 1777 Ioannes Franciscus Malfattus de Ala Vallis Lagarinae publicus professor algebrae, ac mechanicae in pontificia universitate Ferrariae.
87. Anno 1740 Valerianus Malfattus roboretanus eques literatus: et anno 1747 baro scriptorque. Valerianus Malfattus roboretanus, vir tum generis nobilitate, tum doctrina excellens. Ita Laur. in vita H. Tartarotti pag. 44. Tragediam italicam scripsit.
88. Anno 1740 vixit Tridenti studiosus anonymus Malfattus de Chizola plebis muriensis.
89. Anno isto 1805 vivit Tridenti ill.ma domina Iospeha filia quondam ill.mi domini Comitum Sigismundi Melchiorii tridentini, orta anno 1748 et vidua quondam ill.mi domini capitanei iubilati Iosephi Malfatti.
90. Anno isto 1805 vivit Comes Hieronymus Malfattus eiusdem Iosephae filius.
91. Anno isto 1805 vivit Comes Dominicus eiusdem Hieronymi frater.
92. Anno isto 1805 vivit Antonia filia quondam Comitum Ludovici Bortolatii tridentini et vidua Comitum Dominici Malfatti.
93. Anno 1704 il clarissimo signor dottor Lodovico Malfatti ministro delle Orfane di Trento. Ita etiam sequentibus annis usque ad an. 1723.
94. Anno isto 1805 Ioanna filia quondam praedicti capitanei Iosephi Malfatti, est uxor foecunda baronis Philippi Wussokovichii de Segnia, civitate Morlachiae in Croatia, mareschalli militiae austriacae, qui tamquam locumtenens mareschallus fuit aliquo tempore Tridenti anno 1800, et antea. Nunc est in civitate Fluminis. Vide supra cap. IX, num. 86.
95. Anno 1665 illustris, et spectabilis dominus Andreas Malfattus filius quondam illustris, et spectabilis domini Malfatti Oliverii Malfatti notarius collegiatus Tridenti.
96. Non signatus.

97. Anno 1699 perillustris, et clarissimus dominus Ludovicus Malfatti almi Collegii tridentini rector.

98. Anno 1601 reverendus presbyter dominus Gabriel filius domini Petri Malfati a Chizola, constitutus fuit die 9 augusti vice plebanus, seu vice archipresbyter Avii. Obiit anno 1605 ineunte novembri.

99. Anno 1737 die 15 maii obiit Tridenti in monasterio ss. Trinitatis monialium Clarissarum Mater Soror Anna Lucretia Malfatta tridentina, chori amica, aetatis annorum 77.

100. Anno 1703 Dionysius Malfattus de Ala capitaneus Regiminis Volani contra gallos.

101. Annis 1634, et 1635 Malfatto de' Malfatti cancelliere del Magistrato civico di Trento.

102. Anno 1667 nobilis dominus Hieronymus Malfattus.

103. Anno 1699 perillustris, et clarissimus dominus Ludovicus Malfatti almi Collegii tridentini rector.

104. Anno 1686 Soror Anna Lucretia Malfatta de Tridento monialis Clarissa ad ss. Trinitatem Tridenti cum dote rhenensium 1000. Etiam in saeculo nomen tulit Lucretiae. Habitum seraphicum induit die 14 februarii 1686 et professionem emisit 14 februarii 1687. Obiit autem ibidem die 15 maii anno 1737 aetatis suae 77. Fuit chorista.

105. Anno 1629 Robertus Malfattus Poetstas Ripae.

CAPUT LIX

De familia Putea, sive a Puteo

1. Anno 1572 in Matricula civium tridentinorum reformata recensita fuit inter antiquas *la Famiglia dal Pozzo*.

2. Anno 1643 Steffano Pozzi fuit ultimus consul Tridenti.

3. Anno 1648 Steffano Pozzi iterum ultimus consul Tridenti.

4. Anno 1682 Valerio Pozzi penultimus consul Tridenti.

5. Anno 1687, 1688, 1693, 1698, 1699, 1710 Valerio Pozzi consul Tridenti.

6. Anno 1703 Stefano Pozzi dottore console ultimo di Trento. Così pure nel 1704.

7. Anno 1709 Stefano dal Pozzo dottore console ultimo di Trento. Così parimente nel 1714, e 1742.

8. Anno 1734, e 1735 dottor Stefano Pozzi capo console. Così ancora negli anni 1741 e 1742.

9. Anno 1677 Valerio Pozzi giunta al Magistrato consolare. Doctor Valerius Puteus medicus tridentinus anno 1709.

10. Anno 1518 magister Baptista a Puteo aromatarius ad Plateam, filius quondam ser Leonardi a Puteo, nepos domini presbyteri Petri capellani in Sancto Vigilio Tridenti

11. Anno 1521 magister Ioannes Marcus a Puteo aromatarius, civis, et habitator Tridenti.

12. Anno 1514 honorabilis vir dominus presbyter Petrus a Puteo capellanus, et Beneficiatus in ecclesia cathedrali Tridenti.

13. Anno 1528 magister Baptista aromatarius filius quondam ser Leonardi a Puteo de Sancto Angelo episcopatus Lodii, civis, et habitator Tridenti.

14. Anno 1543 Francesco dal Pozzo abitante in Borgo nuovo di Trento.

15. Anno 1552 Zuan Marco dal Pozzo speciario in Trento.

16. Anno 1556 haeredes quondam domini presbyteri Petri a Puteo.

17. Anno 1557 dominus Baptista quondam ser Leonardi a Puteo aromatarius, civis, et habitator Tridenti.

18. Anno 1557 magister Baptista aromatarius filius quondam domini Leonardi a Puteo.

19. Anno 1516 magister Ioannes Marcus aromatarius quondam ser Leonardi de Puteo dioecesis Laudensis, civis, et habitator Tridenti.

20. Anno 1558 dominus Antonius quondam magistri Ioannis Marci aromatarii a Puteo.

21. Anno 1560 magister Baptista a Puteo aromatarius, et civis Tridenti: qui sepulchrum anno non signato posuit in ecclesia parochiali s. Mariae Maioris Tridenti cum hac inscriptione: *D.O.M. Baptistae a Puteo, et Familiae.*

22. Anno 1561 magister Bernardinus filius magistri Iacobi de Puteo pictoris fuit Tridenti.

23. Anno 1565 dominus Antonius a Putheo fuit Tridenti.

24. Anno 1565 dominus Georgius filius quondam domini Ioannis Marchi aromatarii a Puteo, civis, et habitator Tridenti.

25. Anno 1565 gli eredi di misser Zuan Marco dal Pozzo.

26. Anno 1571 dominus Georgius a Puteo civis Tridenti.

27. Anno 1579 misser Giorgio dal Pozzo in Trento.

Anno 1584 dominus Maelchior quondam domini Francisci a Putheo civis Tridenti.

28. Anno 1592 dominus Marcus Antonius filius quondam domini Francisci a Putheo civis, et habitator Tridenti.

29. Anno 1592 dominus Iulius a Putheo.

30. Anno 1593 ser Melchior a Putheo de Burgo novo Tridenti.

31. Anno 1604 dominus Sebastianus a Puteo civis Tridenti.

32. Anno 1605 misser Iseppo figlio quondam misser Antonio Zanmarco dal Pozzo special in Trento.

33. Anno 1607 dominus Valentinus filius quondam domini Baptistae a Putheo civis Tridenti. Vide cap. 19, num. 111.

34. Anno 1608 Melchior a Puteo renovavit sepulchrum suae familiae in ecclesia nostra veteri s. Bernardini apud Tridentum, in cuius lapide nunc prostante in hac nostra ecclesia recentiori s. Bernardini, sepulchrum cernitur: *D.O.M. Est Melchior a Puteo, et eius Eredum renovatum de anno 1608.*

35. Anno 1608 Melchior a Puteo filius domini Francisci a Puteo civis Tridenti.

36. Anno 1607 misser Valentin dal Pozzo di Trento. Vide supra pag. 153, num. 111 [caput XIX].

37. Anno 1609 dominus Ioannes Baptista filius domini Iulii a Putheo aromatarius, et civis Tridenti.

38. Anno 1609 misser Iulio dal Pozzo.

39. Anno 1610 madonna Laura dal Poz.

40. Anno 1610 misser Iseppo Zamarco [sic], ed Anna sua consorte.

41. Anno 1617 magister Ioannes Marcus a Putheo cerdo, et habitator Tridenti.

42. Anno 1618 magnificus dominus Ioannes Baptista a Puteo civis Tridenti.

43. Anno 1655 il molto nobile signore Stefano Pozzi di Trento.

44. Anno 1661 il nobile signore Stefano Pozzi.

45. Anno 1638 nobilis dominus Stephanus a Putheo confinis Negrani.

46. Anno 1647 Antonius a Puteo obiit Pahi die 26 augusti aetatis suae anno quarto. ibique sepultus fuit cum inscriptione pictoris manu facta in pariete, quam vidi olim, et descripsi. Nunc amplius non exstat.
47. Anno 1709 die ultimo augusti Viennae obiit Andreas Puteus tridentinus, Iesuita laicus, pictor, architectus, et scriptor celebris, aetatis suae anno cir. 70. Vide nostram Bibliothecam Tirol. To. 3, pag. 1033.
48. Anno 1762 die 27 septembris Tridenti obiit nonagenario maior Stephanus a Puteo I.U.D. olim consul etiam primarius Tridenti, et officii spiritualis assessor, necnon scriptor libri de *iure asyli*, de quo dixi in Biblioth. Tirol. To. 1, pag. 287.
49. Anno 1790 die 16 novembris Tridenti obiit doctor Stephanus a Puteo, coelebs.
50. Anno 1629 anonymus a Puteo chirurgus Tridenti, de quo in Medicaeo nostro decade 39.
51. Anno 1624 die 4 augusti Tridenti in monasterio ss. Trinitatis monialium Clarissarum discalceatarum, tamquam Decima seraphicum induit habitum choristiacum domina Paula a Puteo de Ala Lagarina, sub nomine Sororis Theodora.
52. Anno 1659 admodum reverenda domina Theodora Pozzia abbatissa ad s. Trinitatem. Obiit die 15 augusti anno 1678.
53. Anno 1658 die 25 octobris nostrum habitum induit clericalem Hippolytus Puteus de Ala, natus die 22 decembris anno 1637 sub nomine F. Damiani, obiitque Burgi in Ausugio Inferiori die 10 martii anno 1664. Fuit egregius pharmacopola.
54. Anno 1677, ac. 1679 Augustinus Puteus alanus philopophus, ac medicus physicus scriptis claruit. Vide nostr. Biblioth. Tirolen. To. 3, pagg. 1414 et seqq. Quod etiam Alae olim fuerint Putei constat etiam ex monumento anni 1579 in quo ceu vita functus occurrit mihi *Nicolaus del Poz* alanus.
55. Anno 1565, ac 1566 presbyter Ioannes Baptista de Puteo plures baptizavit Cavedini in tridentina dioecesi, sed ipse sese dixit papiensem. Videsis nostrum Parochiale trident. verbo Cavedinenses To. 1. Alios Puteos non tridentinos, etsi scriptis illustres, praetereo.
56. Anno 1803 presbyter Simon Pozzi tridentinus Beneficiatus ecclesiae cathedralis. Vivit, aetatis annorum 59.
57. Anno 1793 presbyter Carolus Pozzi, Simonis frater, aetatis annorum 83 vixit. Idem coecus obiit Tridenti die dominico 20 augusti anno 1797, aetatis suae cir. 87.
58. Anno 1785 Stephanus a Puteo I.U.D. collegiatus Tridenti.
59. Anno 1790 die 19 ianuarii, Tridenti in suburbio sanctae Crucis obiit nobilis domina Margarita de Puteo, uxor secunda domini Lucae Zini roboretani, filatorii, ut aiunt, civici directoris.
60. Anno isto 1805 vivit nobilis domina Sancta, praefatae Margaritae soror innupta.
61. Anno 1805 anonyma soror alia praedictae Margaritae vivit.
62. Anno 1611 vixit la nobile signora Barbera Baldirona moglie che fu del quondam signor Arovino Arovini notaro in Trento, Barba de' magnifici Gio. Battista, e Leonardo dal Pozzo figliuoli del quondam misser Giulio dal Pozzo spetiario.
63. Anno 1570 messer Antoni, et fratelli de li Zanmarchi speciale in Trento.
64. Anno 1709 il molto illustre sig. dottor Valeri Pozzi medico del convento di s. Michele di Trento.
65. Anno 1578 misser Zuan Marcho de li Zanmarchi special in Trento.

CAPUT LX

De familia Tovatia

1. Anno 1460 Laurentius a Tovatio habitator in villa Avolani fuit scundus ex novem testibus testamenti venerabilis viri domini presbyteri Ioannis Biscantini archipresbyteri plebis s. Mariae de Avolano. Vide nostrum Parochiale Trid. To. 2, cap. 96, pag. 1087²⁰⁰.

2. Anno 14.. Leonardus.

3. Anno 1482 Melchior filius quondam ser Leonardi del Toaz de Volano. Videsis nostrum Gaudentismum pag. 81.

4. Anno 1501 Iacobus Scalabrinus, et Gotardus filii quondam Melchioris a Tovatio calianenses. Videsis nostrum Compend. diplom. To. 1, n. 186, et pag. 499, num. 249.

5. Anno 1510 Iacobus dictus Scalabrinus, filius quondam Melchioris a Tovatio de villa Caliani. Videsis cit. To. 1, num. 82.

6. Anno 1525 Antonio, e Benetto dal Tovazzo di Volano. Videis To. 2, epist. 389, et 502.

7. Anno 1541 Matthaesus Scalabrinus de Caliano.

Anno 1739 vixit Comes Ioannes Baptista Scalabrinus de Mutina.

8. Anno 1554 ser Dominicus filius quondam Benetti Thoatii de Avolano. Videis Compend. dipl. To. 5, num. 1144.

9. Anno 1670 Benedictus Tovazzi dal Volto.

10. Anno 1698 Dominicus filius Benedicti Tovazzi dal Volto uxorem duxit Dominicam filiam Aldrigeti de Iosephis dal Portegallo de Avolano, et dici coepit Tovazzi dal Portegallo. Vivere desiit septuagenario maior in patria die 15 septembris anno 1752.

11. Anno 1699 die prima octobris natus est Benedictus filius Dominici Tovazzi. Obiit die 5 iunii 1751.

12. Anno 1703 die 6 maii ortus est Aldrigetus filius Dominici Tovazzi, qui studuit Paduae, fuit presbyter, curatus Cimonii in Lagaro, s. Laurentii in Banali Interi, et Villatiani apud Tridentum, ubi decessit die 16 ianuarii an. 1777, aetatis 74. De quo in Parochiali, et alibi.

13. Anno 1717 natus est Dominicus filius Dominici Thoatii, qui studuit Roboreti, et Veronae, ac obiit presbyter Avolani die 5 maii anno 1747, aetatis 30. Fuit crine ruber, ac naturaliter crispus.

14. Anno 1726 natus est Dominicus Antonius filius Benedicti, et Luciae Martinatae, anno autem 1739 die 22 iulii obiit.

15. Anno 1729 die 10 februarii natus est Christophorus filius Benedicti, qui anno 1754 uxorem duxit Ursulam filiam Hieronymi Bongiovanni aviensis, et vivit etiam hoc anno 1805.

16. Anno 1731 die 22 novembris natus est Iosephus Andreas filius Benedicti, qui studuit Roboreti, et die 13 maii 1750 in arcensi s. Mariae Gratiarum ecclesia celricalem habitum FF. Minorum Reformatorum induit sub nomine F. Ioannis Chrysostomi. Vivit sacerdos Tridenti. Videsis To. V Compend. Diplom. num. 1157, ac 1158²⁰¹.

17. Anno 1739 die 18 octobris natus est Dominicus Antonius alter, filius Benedicti, qui obiit die 24 iunii an. 1743, aetatis suae 4.

18. Anno 1750 die 22 septembris natus est Dominicus Iosephus Antonius filius Benedicti, qui studuit Roboreti, et die 22 maii 1769 in dicto conventu arcensi habitum

²⁰⁰ *Nell'indice onomastico all'inizio del volume, questo capitolo è intitolato *Obscur!*

²⁰¹ * Auctor huius *Familiarii* et obiit Tridenti in monasterio s. Bernardini die 5 martii 1806.

seraphicum induit sub nomine Fr. Maximi. Vivit sacerdos ibidem, filius quondam Benedicti.

19. Anno 1737 die 19 februarii orta est Dominica Margarita filia Benedicti, crine rubra, quae anno 1754 nupsit Bartholomaeo Tovatio filio Mathiae. Obiit autem die 9 ianuarii anno 1800, aetatis 63.

20. Anno 1745 orta est Anna Margarita filia Benedicti, quae paucis diebus vixit.

21. Anno 1734 die 29 iulii natus est Benedictus filius Benedicti, qui studuit Roboreti, et Veronae, ordinatusque fuit sacerdos die 23 decembris 1758. Vivit.

22. Anno 1742 die 18 februarii natus est Franciscus Antonius filius Benedicti, qui studuit Roboreti, et Tridenti. Ordinatus fuit sacerdos die 21 septembris 1765 cum dispensatione, ac obiit in patria hora 12 noctis diem 8 martii praecedentis anno 1796, aetatis suae 55.

23. Anno cir. 1737 obiit Dominica filia Dominici, et Dominicæ, uxorque Iosephi Romani callianensis²⁰².

24. Anno 1788 die 21 augusti obiit Valentina itidem filia Dominici, et Dominicæ innupta aetatis an. circiter 75.

25. Anno 1790 die 23 februarii obiit Ursula uxor Christophori ab anno 1754, ac filia Hieronymi Bongiovanni aviensis. De qua To. 3, epist. 590.

26. Anno 1756 die 28 martii natus est Benedictus Dominicus Iosephus Hieronymus, filius Christophori, et Ursulae. Ordinatus fuit sacerdos Veronae die 23 septembris anno 1780. Vivit.

27. Anno 1757 natus est Hieronymus filius Christophori. Vivit coelebs.

28. Anno 1760 natus est Ioannes Chrysostomus filius Christophori.

29. Anno ... natus est Aldrigitus filius Christophori.

30. Anno 1770 die ... martii natus est Dominicus filius Christophori.

31. Anno 1755 nata est Lucia filia Christophori, quae anno 1777 nupsit Ioanni Baptistae de Raphaelibus Battaiolis, et obiit die 25 iulii 1787, aetatis 32.

32. Anno ... nata est Valentina filia Christophori, quae anno 1785 mense aprili nupsit Dominico Boschio.

33. Anno 1763 die 23 ianuarii orta est Dominica Valentina Iosepha filia Christophori, quae iam a pluribus annis excessit.

34. Anno 1792 filia Christophori nupsit robotetano.

35. Anno 1773 die 8 decembris nata est Maria filia Christophori, quae die 2 februarii 1793 nupsit Fenestello numiensi.

36. Anno 1783 die 24 septembris Ioannes Christophorus filius Christophori uxorem duxit Rosam Bongiovanni de Sablonaria aviensi.

37. Anno 1788 die 30 ianuarii Aldrigitus filius Christophori, ne miles fieret, uxorem duxit Mariam Annam filiam Dominici Romani besenellensis.

38. Anno 1797 die undecima novembris Dominicus filius Christophori uxorem duxit Elisabetham filiam quondam, et haeredem Petri de Raphaelibus a Domo nova Avolani aetatis an. 24, de qua To. 4, epist. 1265.

39. Anno 1785 mense ianuario vel februario natus est Dominicus Antonius, filius Ioannis Chrysostomi.

40. Anno 1787 die 6 augusti natus est Christophorus Iosephus filius Chrysostomi.

41. Anno 1789 die... ianuarii natus est Franciscus Iosephus filius Aldrigeti.

²⁰² Anno 1742 Veronae vixit dominus Meschinus a Volto, ex Tovatiis a Volto avolanensibus. Ad eum literas dedi anno 1749. – Anno 1745 Venetiis vixit dominus Laurentius Tovatius, origine avolenensis. Ipsum alloquutus sum eodem anno apud s. Petrum Montis Agnonis dioecesis patavinae.

42. Anno 1790 die 9 aprilis nata est Ursula Carolina filia Aldrigeti, quae obiit anno 1792 mense februario.
43. Anno 1792 die... martii nata est alia Ursula filia Aldrigeti.
44. Anno 1794 natus est filius Aldrigeti.
45. Anno 1748 quidam roboretanus scripsit Domenico Touaff di Volano.
46. Anno 1731 quidam avolanensis scripsit Aldrighetto Touaz di Volano.
47. Anno 1729 P. Andrighetto Touazzi di Volano, apud eius effigiem.
48. Anno 1773 Aldrigetus Thoazi, in libro edito Tridenti.
49. Anno 1747 Domenico Toaci di Volano.
50. Anno 1777 il P. Toacci, in libro edito Venetiis.
51. Anno 1803 Toazzi, et Tovazzi, in clerologio tridentino.
52. Anno 1774 Tovattus de Avolano, in libro edito Tridenti.
53. Anno 1761 Parisiis librum italicum edidit il signor Diodati de' Tovazzi. Videsis To. 2 Script. [=Biblioth.] tirol. pag. 573 [art. 703].
54. Anno 1758 die 21 martii obiit Lucia Dominica uxor quondam Benedicti olim Dominici, filia Christophori Martinati avolanensis, crine rubra. Nupsit anno 1725.
Scripsi caput istud, praesertim quia modo germanizare cogor, meumque cognomentum literis consignare.

CAPUT LXI

De familia Campensi, tandem Galassa de Castro Campo

1. Anno 1572 in Matricula civium tridentinorum reformata, inter antiquiores familias occurrit *la Famiglia Galassa. Estinta.*
2. Anno 1150 circiter Odelricus de Campo.
3. Anno 1163 Fredericus filius Odelrici de Campo.
4. Anno 1166 Albertinus de Campo canonicus Sancti Vigilii Tridenti.
5. Anno 1210 Armanus de Campo.
6. Anno 1211 Aldrigetus de Campo, Friderici filius, canonicus Tridenti.
7. Anno 1224 Aldrigetus de Campo canonicus Tridenti.
8. Anno 1228 Aldrigetus de Campo provisor ecclesiae Sancti Michaelis extra Portam Sanctae Crucis Tridenti.
9. Anno 1229 Aldrigetus de Campo canonicus Tridenti.
10. Anno 1232 Aldrigetus de Campo canonicus Tridenti, ac deinde ab eodem anno 1232 tridentinus episcopus.
11. Anno 1233 dominus Hermanus de Campo.
Anno 1233 Odolricus de Campo Potestas Tridenti.
12. Anno 1233 Aldrigetus, dictus etiam Aldrighettus, et Aldricus de Campo, episcopus tridentinus, obiit anno 1247.
13. Anno 1233 dominus Cognowtus de Campo, et dominus Albertinus de Campo nepotes domini Aldrigeti episcopi tridentini.
14. Anno 1243 dominus Armanus de Campo.
15. Anno 1243 dominus Cognovitus de Campo.
16. Anno 1243 dominus Albertus de Campo.
17. Anno 1259 Odolricus de Campo canonicus Tridenti.
18. Anno 1259 Henricus de Campo canonicus Tridenti.
19. Anno 1261 Ezelinus de Campo canonicus Tridenti.
20. Anno 1267 Odoricus de Campo. Sic etiam anno 1269, ac 1275, ac 1279.

21. Anno 1275 ac 1276 Ezelinus de Campo canonicus tridentinus. Sic etiam anno 1279.
22. Anno 1302 discretus vir Odolricus Buschazerius canonicus Tridenti delegatus patriarchae aquilegiensis.
23. Anno 1302 dominus Buschazerius de Campo canonicus Tridenti delegatus patriarchae aquilegiensis.
- 23bis. Anno 1306 reverendus vir dominus Gislembertus de Campo decanus Tridenti ab anno 1303, et anno 1321. Filius fuit Armani quondam Armani.
24. Anno 1306 discreti viri Iacobus notarius, et Iordanus notarius de Campo.
25. Anno 1307 Federicus de Campo notarius.
26. Anno 1313 Azo notarius, dictus Tuinus de Campo, filius quondam domini Aldrigeti de Campo habitator nunc Tridenti.
27. Anno 1314 dominus Iordanus notarius de Campo, syndicus hominum Communis Tridenti.
28. Anno 1319 venerabiles viri domini Gislembertus de Campo decanus, et Henricus de Campo canonici tridentini, Fuerunt fratres.
29. Anno 1321 dominus Iordanus de Campo notarius.
- Anno 1323 dominus Simon de Castro Campi in suo testamento commisit distributionem 500 librarum denariorum veronensium parvulorum.
30. Anno 1327 Henricus de Campo decanus Tridenti ab anno 1321, et anno 1328.
31. Anno 1328 dominus Zordanus de Campo notarius, civis tridentinus, et syndicus monasterii Sancti Michaelis de Tridento.
32. Anno 1330 dominus Iordanis de Campo notarius habitator Tridenti.
33. Anno 1339 Ecelinus domini Iordani de Campo notarius.
34. Anno 1339 haeredes quondam Tuini de Campo.
35. Anno 1355 Ecelinus notarius de Campo civis Tridenti, Vicarius, et ius reddens in civitate, et Curia Tridenti.
36. Anno 1360 nobilis vir dominus Cognevutus quondam nobilis militis domini Gratiadei de Castro Campi.
37. Anno 1372 discretus vir ser Simon notarius quondam ser Tuyni de Campo civis, et habitator Tridenti.
38. Anno 1372 honesta domina Ysabeta filia quondam ser Azolini notarii de Campo habitatrix Tridenti, et uxor Henrici dicti Pocherii teutonici. Videsis To. 1 Cod. dipl. pag. 143 [num. 153].
39. Anno 1372 discretus vir Henricus dictus Pulcher civis tridentinus, ac Helisabeta eius uxor, filia quondam Azelini de Castro Campi, feudataria episcopi tridentini. Eiusdem suae uxoris nomine refutavit decimam unius petiae terare in Mesiano sitae discreto viro Simoni de Castro Campi notario habitatori Tridenti. Ex Cod. dipl. To. 2, pag. 55 [num. 289].
40. Anno 1276 ser Simon notarius quondam ser Tuyni de Campo civis Tridenti habens duas domos Tridenti, unum vineale in Mesiano, et aliud in Plazina. Videsis Cod. dipl. To. 1, pag. 6 [num. 9].
41. Anno 1279 providus vir ser Simon quondam ser Tuini de Campo civis, et habitator Tridenti, syndicus dominarum monialium, et sororum monasterii sancti Michaelis prope Tridentum Ordinis Sanctae Clarae.
- Anno 1379 Iohannes quondam ser Calapini de Campo testis Tridenti.

42. Anno 1392 praefata Elisabeth filia quondam ser Ecelini de Campo, a Georgio episcopo tridentino investita fuit de sua parte Castri Campi, Castri de Merlino plebis Boni, et Castri de Toblino, de vassallis, servis, decimis etc.
43. Anno 1402 Vigilius filius, et haeres quondam ser Henrici dicti Pocheri, et dominae Elisabet eius ser Henrici uxoris, et filiae quondam domini Hecelini de Campo.
44. Anno 1425 nobilis domina Antonia filia quondam nobilis viri domini Conegnuti de Castro Campo dioecesis tridentiane uxor olim nobilis viri ser Leonardi de Nigris de Sancto Petro de Tridento, fecit suum testamentum Tridenti. Ex Cod. dipl. To. 1, pag. 503 [num. 266]. Vide supra cap. 45, pag. 368, num. 14.
45. Anno 1436 Gratiadeus de Castro Campi.
46. Anno 1450 Gratiadeus de Campo miles. Nobilis vir dominus Gratiadeus de Campo miles, civis, et habitator Tridenti die 20 novembris.
47. Anno 1457 quondam dominus Gratiadeus de Campo. Anno 1459 Gratiadeus de Campo fecit suum testamentum, quo reliquit quinquaginta marchas argenti pro construenda capella in ecclesia sancti Bernardini apud Tridentum.
48. Anno 1478 Gallassius de Campo consul Tridenti.
49. Anno 1478 Gratiadeus Gallassius notarius consul Trdienti, simul cum praecedenti.
50. Anno 1480 nobilis vir ser Iohannes Baptista notarius, filius nobilis viri ser Galassi de Campo de Tridento, civis, et habitator Tridenti.
51. Anno 1481 olim dominus Gratiadeus de Campo, qui obiit sine filio legitimo.
52. Anno 1487 dominus Galasius de Castro Campi de Tridento.
53. Anno 1494 spectabilis legum doctor dominus Iohannes Baptista de Castro Campi, executor testamentarius domini Vigilii de Paho civis tridentini. Ex To. 1 Cod. diplom. pag. 248 [num. 210].
54. Anno 1494 Ioannes Baptista de Castro Campi legum doctor, consul primarius Tridenti.
55. Anno 1498 Ioannes baptista de Castro Campi legum doctor iterum consul primarius Tridenti.
56. Anno 1500 haeredes quondam domini Galasii civis Tridenti, die undecima ianuarii.
57. Anno 1501 Gratiadeus de Castro Campi consul Tridenti.
58. Anno 1506 spectabilis dominus Ioannes Baptista de Campo legum doctor, confrater Fraternitatis novae Sanctae Mariae Maioris de Tridento. In olim ecclesia s. Laurentii Patrum Diominicanorum apud Tridentum vidi anno 1773 prope gradus altaris maioris lapidem sine anno [sed 1524] cum inscriptione ista: *Hoc est sepulcrum S. LL. Doc. Io. Baptiste de Castro Campi*. Ipsumque vidi pluries etiam ante dictum annum. Ubinam nunc sit nescio. Ecclesia enim illa ab episcopo Petro Vigilio, pro dolor! facta fuit *spelunca latronum*.
59. Anno 1508 Gallassius de Campo. Anno 1521 nobilis dominus Galassius quondam alterius domini Galasii de Castro Campi fuit Tridenti.
60. Anno 1526 Gallassius.
61. Anno 1526 die 23 decembris nobilis vir dominus Gallasius filius quondam nobilis viri domini Gallasii de Castro Campi, creatus fuit notarius a Thoma Tabarello equite, et Comite Palatino, scribente literas patentes Guielmo Gallo notario, et iurisperito.
62. Anno 1549 Battista de Campo console di Trento.

63. Anno 1550 nobilis dominus Michael quondam nobilis domini Gratiadei, et dominus Armanus quondam domini Galasii, ambo de Castro Campi, et cives Tridenti.
64. Anno 1554 Battista Galasso console di Trento.
65. Anno 1559 Battista Galasso console di Trento.
66. Anno 1564 magnificus dominus Sigismundus Galassius civis Tridenti.
67. Anno 1575 Sigismondo Galasso console di Trento.
68. Anno 1578 Michel Galasso console di Trento.
69. Anno 1578 il nobile misser Michel Galas del Castel Campo.
70. Anno ... Michel del Castel Campo de li Galassi. Ita ipse propria manu scriptum reliquit.
71. Anno 1578 dominus Michael Galassus de Castro Campo consul civitatis Tridenti. Eodem anno 1578 il nobile misser Michel Galas del Castel Campo, console della città di Trento.
72. Anno 1579 Baptista Gallassius de Campo.
73. Anno 1583 Michel Galasso di Castel Campo console di Trento.
74. Anno 1587 Michel Galasso console di Trento.
75. Anno 1583 Sigismondo Gallasso Vicario della Fradaia nova detta della Misericordia di Trento.
76. Anno ... misser Battista da Campo dito Galasso.
77. Anno 1597 Sigismondo Galasso console di Trento.
78. Anno 1608 nobilis domina Andreana filia quondam clarissimi iuris consulti domini Francisci Luchini olim consilarii Ill.mi, et R.mi domini domini cardinalis, et principis tridentini, et uxor nobilis domini Andreae Gallassi civis Tridenti.
79. Anno 1609 nobilis domina Andreana filia quondam nobilis, et clarissimi domini Francisci Luchini consilarii etc., et uxor quondam nobilis domini Andreae Gallasii. Sic charta tridentina.
- Anno 1612 domus quondam domini Antonii Gallasii in Contrata Lata Tridenti.
80. Anno 1614 nobilis domina Thomaea filia quondam magnifici, et nobilis domini Andreae Galassi civis Trdienti, et uxor nobilis domini Alphonsi a Costeda.
81. Anno 1620 Nicolaus filius quondam domini Francisci Galassi de Campo, alias de Dulcebonis, fuit Arci.
82. La Famiglia di Campo nella Giudicaria andata a stanziarsi in Arco, e poi in Trento, si chiamava anco Dulciboni. Sic Pater Cyprianus Gnesottus a Setauro iudicariensis Capuccinus *nelle sua Memorie delle Giudicarie* pag. 205, edit. Tridenti 1786, in 4° typis monaunianis.
83. Anno 1622 perillustris, et generosus dominus locumtenens columnellus Mathias Gallassius. Ex To. 1 Cod. diplom. pag. 265 [num. 217].
84. Anno 1622 l'illustre signor locotenente colonnello Mathia Galasso. Ex cit. To. 1, Cod. diplom. pag. 264 [num. 216]. Idem Mathias natus est anno 1584 die 16 septembris patre Pancratio, et matre Annunciata Mercanti. Errant qui eum adserunt natum anno 1589. Mater eius fuit origine de Gandino bergomensis, teste Todeschino pag. 191 Bibl. Tirol.
85. Anno 1622 multum nobilis domina Annunciata Gallasia, domum suae habitationis habens Tridenti in Contrata Oriola. Ex cit. To. 1 Cod. dipl. pag. 265 [num. 217].
86. Anno 1626 die 3 maii Mater Soror Annunciata Gallassia de Tridento monialis Clarissa ad s. Michaellem apud Tridentum fuit inibi velata, ibidemque die 25 aprilis 1629 animam sponso suo Iesu reddidit.

87. Anno 1630 la signora Isabetta moglie del nobile signor Iseppo Gallasso.
88. Anno 1631 nobilis dominus Gallassius de Gallassis civis Tridenti.
89. Anno 1631 il barone de Galas deputato dell'imperatore. Ita Franciscus Salmonius parisiensis in sua Historia moderna.
90. Anno 1632 nobiles domini Iosephus, Michael, et Gratiadeus fratres, filii quondam nobilis domini Christophori Gallassi civis Tridenti. Ex nostro Spicilegio archivi Misericordiae num. 141.
91. Anno 1633 Pietro Bianchini pecoraro dell'ill.mo, et eccel.mo signor Matteo di Campo Gallasso. Mathias fuit dominus Castri Matarelli. Matarelli autem sunt Blanchini.
92. Anno ... l'ill.mo signor conte Galasso possessore in Stella sotto la campagna di Ravina.
93. Anno ... Mattia Galasso paggio di Ferdinando Madruzzo barone di Beaufremont.
94. Anno 1633 nobilis dominus Iosephus Gallassius de Castro Campi civis tridentinus.
95. Anno 1647 die 25 aprilis, anno aetatis suae 63, Viennae obiit Mathias Gallassus, Pancratii filius, S.R.I. Comes, Dux Lucerae, dominus ab anno 1634 Fridlandiae, Reichenpergae, atque Schmirschitz, sacare caesareae maiestatis consiliarius intimus, camerarius, et supremus exercituum praefectus. Ossa eius Tridentum translata fuerunt, et sepulta in sacello Sancti Simonis tridentini apud s. Petrum. Videri poterit epitaphium To. 1 Var. inscript. 161.
96. Anno ... Mattais Galasso generale delle armi di Ferdinando terzo imperatore. Ita sub eius effigie impressa in 4°. Porro Ferdinandus tertius fuit Romanorum imperator ab anno 1637, usque ad annum 1657.
97. Anno 1650 haeredes quondam illustrissimi Comitis Matthiae Galassi, possessores Matarelli *al Capitel*, o sia *alle Cristofole*.
98. Anno 1647 Thomaea nata Galassa de Castro Campo, uxor quondam perillustris, ac strenui domini capitanei Alphonsi de Costeda. Videsis To. 1 Var. inscript. 722.
99. Anno 1604 Francesco Dulciboni Galassi di Castel Campo, e Galasso Galassi, investiti di decime feudali dal vescovo di Trento.
100. Anno 1616 domini Christophorus Gallassus de Castro Campo, et Ioannes Andreas filius quondam Sigismundi de Castro Campo.
101. Anno 1659 perillustris domina Thomaea vidua relicta quondam perillustris domini Alphonsi capitanei de Costeda alias civis Tridenti.
102. Anno 1662 illustrissimi domini Comites Gallasii confines Maatrelli.
103. Anno 1662 ill.ma domina principissa de Liechtenstain, nata Lodrona.
104. Anno ... excell.ma domina Dorothea nata Comitissa de Lodron, olim uxor excell.mi domini Comitis Mathiae Gallassi, nunc vero principissa de Liechtenstein. Ita Curia episcopi principis tridentini in quadam epistola. Ceteroquin dicta fuit Dorothea Anna Maria.
105. Anno circiter 1668 filii Mathiae Gallasii Comites Franciscus, et Antonius.
106. Anno 1669 natus est Ioannes Wenceslaus Comes Gallassius tridentinus.
107. Anno 1671 Antonius Pancratius Rudolphus sacri romani imperii Comes de Gallas in Arce Campo, et Libera Turri, Dux Lucerae, dominus haereditarius in Schmirschiz, et Fridland, sacare caesareae regiaeque maiestatis colonnellus. Ex literis eius patentibus datis die 29 septembris se se subacripsit hoc modo: *Antonius Comes Gallas collonellus S.C.M. Dux Lucerae* etc. In eisdem literis laudat *Dominum Parentem*

suum piae memoriae. Porro Libera Turris est castrum Matarelli infra Tridentum. Lucera est civitas regni neapolitani antiqua, et episcopalis, ceteroquin dicta latine Luceria.

108. Anno 1691 Franciscus Ferdinandus, Mathiae Galassi filius, maritus Ioannae Comitissae Guaschin.

109. Anno 1715 Ioannes Wenceslaus Comes Galassius fuit Romae orator caesareus ordinarius.

110. Anno 1719 die 25 iulii obiit idem Ioannes Wenceslaus pro-rex neapolitanus.

111. Anno 1673 Michael Angelus Marianus in suo *Trento* pag. 424 scripsit: In tempo, che il General Galasso trovandosi a Trento, teneva di continuo Corte bandita, i tanti principi, e personaggi di guerra, che fiocavano da Germania, Fiandra, et altre parti, tutti ricevevano essorbitanze di trattamento etc.

112. Anno 1673 praefatus Marianus ibi pag. 167 scripsit: Il palaggio denominato de' Conti Galassi posto in isola sul corso di Contrada Lunga. È di fabrica in quadro etc. Pag. 168: fu fabricato dalla Famiglia Fuggeri. che vi spese, dicesi, cento milla talleri di prima pianta. Dopo venne proseguito di fabrica dal Conte General Galasso, che lo possedette per molto tempo etc.

113. Anno 1579 die sexta maii Tridenti in ecclesia ss. Trinitatis domina Ursula Galassa de Cstro Campi nupsit magnifico domino Iosepho Gaudento legum doctori. Ex meo Gaudentismo pag. 5, et 14, et 99.

114. Anno 1614 die 12 maii nobilis domina Thomaea filia quondam magnifici, et nobilis domini Andreae Galassi civis Tridenti, uxorque nobilis domini Alphonsi a Costeda. Ex cit. Gaudentismo pag. 101.

115. Anno 1490 die 23 septembris ex Aquis, idest *da Aix città della Savoia*²⁰³, ut ego puto, scripsit epistolam cum inscriptione *Al mio Cariss. Galasso di Campo* Franciscus Sfortias Vicecomes Dux Mediolani, quam edidit in suis *Additionibus al Saggio della Biblioteca Tirolese di Giacopo Tartarotti* editis Venetiis 1777, pag. 190-191 dominicus Franciscus Todeschinus perginensis, qui eam putavit directam Pancratio Galasso. Cuius Pancratii sepulchrum cum inscriptione multoties vidi in ecclesia tridentina Sancti Petri prope presbyterium.

116. Anno 1643 Matthias Conte Gallasso etc. sub datum Viennae scripsit consulibus tridentinis pro Fratribus Carmelitis Lastarum. Ex To. 2, Cod. diplom. pag. 75 [num 296].

117. Anno ... Isabella filia Comitis Sigismundi arcensis fuit prima uxor Mathiae Galassi, sed obiit infoecunda.

118. Anno 1647 Dorothea Anna Maria filia Comitis Philippi de Lodronio fuit secunda uxor dicti Comitis Mathiae Galassi, quae ipsi genuit filios quatuor, et filias quinque. Harum primogenita Maria Victoria nupsit Comiti de Kollowrat Bohemo. Alia Teresia Annunciata Comiti de Naccot moravo.

119. Anno ... Ioannes Wenceslaus Comes Galassius duas habuit uxores filias Philippi Sigismundi Comitis de Dietchstein, forsan Dietrichstein.

120. Anno 1613 Clara filia nobilis domini Antonii Galassi de Tridento nupsit Marcello filio Andreae Malfatti de Brentonico habitator Roboreti. Eodemque anno, ac die Ludovica filia praedicti nobilis domini Antonii Galassi nupsit Antonio filio Marcelli Malfatti de Brentonico. Ex Epist. Comitissae Malfattae.

121. Anno 1608 misser Christophol Gallasso, cugino del medico Giuseppe Guarinoni di Trento.

²⁰³ *Acqui in Piemonte.

122. Anno 1608 madonna Apollonia sorella del sig. Francesco Cazuffo, e consorte di misser Christopholo Gallasso infirma in Trento a Santa Maria Maddalena, con una governadora²⁰⁴.

123. Anno 1608 madonna Orsola Galassa sorella di Misser Christopholo: ed Iseppo figliol del medesimo misser Christopholo.

124. Anno 1609 madonna Barbera Galassa, moglie di misser Eleuterio Avancin a la Portella, e cugina del medico Giuseppe Guarinoni. Sic etiam anno 1610.

125. Anno... Ioannes Candidus apud Ughellum Coleti To. 5, *Italiae Sacrae* col. 95, narrat, quod ad Raymundum Turrianum patriarcham aquileiensem electum anno 1271 confugerunt *e Tridento Candidi, everso eorum Castro Campo, unde Familia nostra Comitatus dignitate ornata est: urbemque utinatem incoluere. Conferantur haec cum praemissis.*

126. Anno 1397 nobilis vir ser Marchus filius quondam domini Nicolai de Castro Campi Iudicariae, die 6 septembris Stenici super dosso Prehi iuridico consueto, absolutus fuit, et a crimine ob homicidium commissum, mitigata poena in ducentis Ducatis auri, dandis massario domini Georgii episcopi in Iudicariis infra proximum mensem, per nobilem, et egregium virum dominum Iohannem Chal de Bozano Generalem Vicarium, et ius reddentem de hominibus totius Iudicariae.

CAPUT LXII

De familia Prata, olim ab Oleo

1. Anno 1572 in renovatione Matriculae civium tridentinorum inter primas recensita fui *la Famiglia Prata*.

Anno 1410 Dominicus ab Oleo.

2. Anno 1418 Melchior ser Dominici ab Oleo fuit octavus consul Tridenti. Vide infra num. 14, et 78. Fuit apothecarius an. 1418.

3. Anno 1422 Melchior ab Oleo fuit septimus consul Tridenti.

4. Anno 1433 Melchior ab Oleo fuit sextus consul Tridenti. Eodem anno 1433 providus vir Melchior quondam ser Dominici ab Oleo de Tridento die 9 iulii.

5. Anno 1438 Melchior ab Oleo apothecarius fuit tertius consul Tridenti.

6. Anno 1443 Melchior ab Oleo fuit tertius consul Tridenti.

7. Anno 1447 Melchior ab Oleo fuit secundus consul Tridenti.

8. Anno 1451 Melchior ab Oleo fuit iterum tertius consul Tridenti.

9. Anno 1454 Melchior ab Oleo secundus consul Tridenti.

10. Anno 1457 Melchior ab Oleo secundus consul Tridenti.

11. Anno 1463 Melchior ab Oleo tertius consul Tridenti.

Anno 1480 Ioannes a Prato de Valle Sasna habitator Perzini.

12. Anno 1469 Melchior ab Oleo secundus consul Tridenti. Forsan et aliis annis fuit consul, nam in meo catalogo consulum sunt plures anni vacui, nempe 1459, 1460, 1461, 1464, 1465, 1468, 1474 etc.

Anno 1477 Giroldus a Prato civis Tridenti.

13. Anno 1484 providus vir magister Giroldus stazonerius quondam ser Antonii a Prato de Valsasna dioecesis mediolanensis, civis, et habitator Tridenti.

14. Anno 1491 egregius vir ser Iacobus ab Oleo filius quondam ser Ioannis a Prato de Vallesasna Ducatus Mediolani habitator in Burgo Perzini.

15. Anno 1494 spectabilis vir dominus Iacobus filius quondam ser Ioannis de Prato.

²⁰⁴ Anno 1697 dominus Christophorus Gallassus, cum sua uxore domina Apollonia Cazuffa.

- Anno 1497. Vide infra numero 18.
16. Anno 1499 Iacobus ab Oleo tertius consul Tridenti.
17. Anno 1499 haeredes quondam ser Melchioris ab Oleo.
18. Anno 1499 haeredes quondam ser Girolodi a Prato.
19. Anno 1499 praesentes viri ser Iacobus a Prato, et Ioannes Antonius Pona tutores nobilium pupillorum Ioannis Baptistae, et Antonii filiorum, et haeredum ser Girolodi a Prato.
20. Anno 1503 egregii, et nobiles viri domini Iacobus de Prato, et Ioannes Antonius Pona cives Tridenti, tutores Ioannis Baptistae, et Antonii filiorum, et haeredum quondam ser Girolodi stazonerii de Prato civis Tridenti.
- Anno 1504 Iacobus de Prato consul Tridenti primarius.
21. Anno 1507 Ioannes Baptista a Prato consul Tridenti.
22. Anno 1516 Iacobus a Prato consul Tridenti.
23. Anno 1517 Ioannes filius Iacobi de Prato.
24. Anno 1517 nobilis vir dominus Iacobus quondam ser Ioannis de Prato. Fuit pater Ioannis, et Christophori.
25. Anno 1520 Ioannes Baptista de Prato consul Tridenti.
- Anno 1524 Hieronymus a Prato frater Antonii.
26. Anno 1527 Ioannes de Prato consul Tridenti, filius Iacobi.
- Anno 1530 Valentina Bizeltis uxor quondam Iacobi a Prato.
27. Anno 1531, et 1537 Ioannes baptista de Prato consul Tridenti.
28. Anno 1562 Odorico de Prato consul Tridenti.
29. Anno 1584 nobilis dominus Iacobus a Prato consul Tridenti.
30. Anno 1587 Gio. Giacomo da Prato consul Tridenti.
31. Anno 1608 Gio. Giacomo da Prato consul Tridenti.
32. Anno 1610 Antonio da Prato consul Tridenti.
33. Anno 1629 Cristoforo da Prato capo-console di Trento.
34. Anno 1634 Cristoforo da Prato capo-console di Trento.
35. Anno 1704 baron Felice Antonio Prato consul Tridenti.
36. Anno 1737 Gaetano barone Prato consul Tridenti septimus. Hunc bene novi.
37. Anno 1741 Gaetano barone Prati consul Tridenti quartus.
38. Anno 1748 Gaetano barone Prati consul Tridenti tertius.
39. Anno 1752 Gaetano barone Parti consul Tridenti tertius.
40. Anno 1756 Gaetano barone Prato consul Tridenti quintus. Obiit Tridenti die 28 decembris 1771, et sepultus fuit die 30 in ecclesia ss. Trinitatis.
41. Anno 1760 Gaetano barone Prato consul Tridenti quartus.
42. Anno 1774 Vincenzo Conte di Prato consul Tridenti septimus, qui habitat in palatio quondam madrutiano apud s. Trinitatem.
43. Anno 1778 Vincenzo Conte di Prato consul Tridenti septimus. Vide infra num. 76.
44. Anno 1783 Aloisio barone di Prato consul Tridenti f.q. Caietani.
45. Anno 1784 Vincenzo Conte di Prato consul Tridenti quartus.
46. Anno 1787 Aloisio barone di Prato consul Tridenti tertius.
47. Anno 1788 Vincenzo Conte di Prato consul Tridenti quartus.
48. Anno 1791 Aloisio barone di Prato consul Tridenti tertius, confirmatus anno 1792. Hic consuevit caniculares dies transigere Roboreti in plebe Civizani.
49. Anno 1793 Vincenzo Conte di Parto consul Tridenti quartus.

50. Anno 1796 Aloisio barone di Prato consul Tridenti secundus. Confirmatus anno 1797. Hic nunc 1805 coecus est a pluribus annis.

51. Anno 1798 Vincenzo Conte di Prato consul Tridenti.

52. Anno 1803 Vincenzo Conte di Prato consul Tridenti.

53. Anno 1805 Ignazio barone di Prato frater Aloisii. Uxorem habet Comitissam spaurensem infoecundam.

54. Anno 1562 die undecima augusti Tridenti obiit Christophorus baro de Prato, dominus Segunzani, dapifer haereditarius episcopi, ac principis tridentini, cubicularius archiducalis, ac militiae tirolensis tribunus: sepultus in tumulo familiae suae sito in ecclesia ss. Trinitatis monialium Clarissarum ab Antonio a Prato erecta cum adnexo monasterio.

55. Anno 1615 die prima septembris Tridenti obiit Innocentius de Prato, dominus Segunzani, civis, et historicus Tridenti, de quo alibi fusius.

56. Anno 1800 die 17 ianuarii Tridenti in palatio crosiniano apud s. Vigilium, Maria Magdalena Comitissa de Prato coelebs obiit.

57. Anno 1805 vivit eius soror Victoria vidua Simonis baronis de Crosina infoecunda, quae nupsit eidem Simoni die sexta ianuarii anno 1766 in sero, cum dispensatione apostolica super affinitate, remansitque vidua die 30 novembris anno 1776.

58. Anno 1787 die 20 februarii Tridenti apud s. Trinitatem obiit Ioannes baro, et comes de Prato, frater Victoriae, coelebs, sepultusque fuit in ecclesia ss. Trinitatis die 21 post Vesperas, apparatu semicapitulari.

59. Anno 1797 die 19 martii Tridenti apud s. Trinitatem obiit Maria uxor Innocentii Comitis de Prato, nata ex Comitibus Lodronii: sepultaque fuit die 20 de mane in coemeterio communi apud s. Franciscum.

60. Anno 1802 die 7 novembris Tridenti in palatio crosiniano Ioanna Comitissa de Prato coelebs, soror Victoriae, sepulta apud s. Franciscum die 8 de mane.

61. Anno 1708 Christophorus baro de Prato evasit archipresbyter perginiensis, quam ecclesiam resignavit anno 1742, obiitque Tridenti circa annum 1756, imo post.

62. Anno 1536 Ioannes Baptista de Prato fieri fecit suis sumptibus arcus ecclesiae s. Mariae Maioris Tridenti. Vide To. 1, inscript. 4.

63. Anno 1535 idem Baptista obtinuit castrum Segunzani a cardinale episcopo tridentino Bernardo Clesio, datis sex rhenensium millibus Philippo de Liechtenstein eiusdem castri possessori. Habuit tres uxores, postque se reliquit quatuor filios Iosephum, et Antonium, et Iustinianum, et Ioannem Mariam. Vide Iacobum Menochium papiensem Consil. 498.

64. Anno 1538 vixit cum uxore, ac filio nobilis dominus Ioannes a Prato civis Tridenti. Fuit filius Iacobi, pater Iosephi, et avus Ioannis Iacobi.

65. Anno 1638 die 31 augusti perillustris dominus Alexander de Prato coepit esse capitaneus castri Pergini. Videsis To. 1 inscript. 5.

66. Anno 1637 die secunda iunii Viennae Ferdinandus tertius romanorum imperator creavit liberos S.R.I. barones nobiles Christophorum, et Theodorum, et Ioannem Baptistam de Prato fratres cum eorum posteris.

67. Anno 1629 illustris dominus capitaneus Alexander Pratus fuit confinis Tridenti. Vixit anno 1651.

68. Anno 1664 vixit Tridenti in monasterio ss. Trinitatis virginum Clarissarum discalceatarum Soror Lucia Catharina filia quondam illustrissimi domini Alexandri baronis Prati de Pergino: quae dimissae Isabellae baronissae Pratae de Pergino

appellatione, sacrum sanctae Clarae habitum sumpsit die 24 aprilis 1663 sine dote tamquam decima, et professionem emisit die prima maii anno 1664.

69. Anno 1689 die 7 martii in eodem monasterio ss. Trinitatis obiit Mater Soror Maria Antonia Prata de Trdiento, antea dicta baronissa Faustina de Prato, velata die 30 novembris 1632 tamquam decima sine dote. Professionem emisit die 19 martii anno 1634.

70. Anno 1610 die 8 iulii Tridenti obiit Silvius de Prato dominus Segunzani, canonicus Tridenti, ac diu Vicarius in spiritualibus generalis, sepultus cum epitaphio in ecclesia ss. Trinitatis nonlonge ab altari maiori. Videsis To. 1 inscript. 339, 637, 922. atque catalogum Vicariorum generalium, necnon catalogum canonicorum.

71. Anno 1477 in ecclesia nostra s. Bernardini apud Tridentum sepulchrum sibi paravit Girolodus de Prato civis tridentinus, eiusdemque conventus bernardiniani procurator. Ex To. 1, inscript. 91.

72. Anno 1525 Antonius de Prato civis tridentinus accepto beneficio tria obtulit Deo, coelibatum, monualibus aedem, ac patrimonium. Ex cit. To. 1. inscript. 204.

73. Anno 1529 die 30 augusti idem Antonius legum doctor obiit in praefato monasterio ss. Trinitatis. Ex citato To. 1 inscript. 206.

74. Anno 1519 die undecima octobris fuit Tridenti honorabilis vir dominus presbyter Bartholomaeus filius Aluisii de Branchon de Mozanega, capellanus clarissimi utriusque iuris doctoris domini Antonii a Prato honorabilis civis tridentini. Idem honorabilis vir dominus presbyter Bartholomaeus filius ser Aluisii de Blanchonibus de Mozeganega dioecesis cremonensis, capellanus magnifici domini Ioannis Antonii Ponae tridentini.

75. Anno 1686 vixit Theodorus baro de Prato.

76. Anno 1716 Ioannes Baptista baro de Prato, cubicularius caesareus, et princeps Accademiae Accensorum Tridenti, in qua die 28 iunii 1716 recitavit orationem prodromam pro nativitate Leopoldi primogeniti caesaris Caroli sexti, quam typis editam vidi cum aliis aliorum academicorum. Filius fuit baronis Theodori, Natus est anno 1683 dictusque fuit Comes viva voce a caesare Iosepho primo dum luderet cum eo: *Bravo Conte*. Idem anno 1749 dicavit patri procuratori generali Capuccinorum panegyrim habitam Tridenti in laudem s. Simonis tridentini a P. F. Ioanne Benedicto de Taurino eiusdem Ordinis Capuccinorum. Obiit Segunzani, ac inibi sepultus est.

77. Anno cir. 1449 nobili viro ser Melchiori de Oleo civi tridentino, ac hospitalis novi Virginis Mariae massario, literas Confraternitatis dedit sanctus Ioannes de Capistrano Vicarius generalis Minorum Observantium. Ex To. 1 Monument. orphanatrophii tridentini Lit. a., num. 5, pag. 9. Videsis supra num. 2 et seqq.

78. Anno 1497 die 25 martii egregius vir dominus Iacobus ab Oleo de Perzino, civis, et habitator Tridenti, quondam ser Ioannis a Prato, emit hospitium, et domum, qui dicitur *l'Hostaria dell'Aquila*, pretio rhenensium 380 a Gulielmo, et Donato fratribus de Gaudento civibus tridentinis. Ex meo Gaudentismo pag. 108.

79. Anno 1670 die 7 martii fuit Tridenti ill.ma domina Salome uxor ill.mi domini Hieronymi baronis a Prato.

80. Anno 1729 die 29 aprilis ill.ma domina Theresia Sardanea, nata Libera baronissa a Prato.

81. Anno 1671 die 8 augusti ill.mus dominus Hieronymus baro a Prato, filius quondam ill.mi domini Ioannis Christophori a Prato, domini Segunzani.

82. Anno 1612 Iacobus Leonardellus servitor illustris domini Innocentii de Prato.

83. Anno 1529 factum fuit inventarium bonorum mobilium, quae post se reliquit excellens iuris doctor dominus Antonius a Prato. Videsis ipsum in meo Bullariolo Michelino MS, num. LXXXVI, pag. 113 et seqq.
84. Anno 1532 quondam excellens iuris utriusque doctor dominus Antonius de Prato civis tridentinus: et dominus Ioannes Baptista eius frater.
85. Anno 1569 die prima martii il Sior Iustiniano de Prato.
86. Anno 1514 spectabilis doctor dominus Antonius de Prato.
87. Anno 1514 dominus Ioannes Baptista de Prato sororius egregii iuvenis domini Thomae filii quondam nobilis viri domini Stephani Cazuffi.
88. Anno 1514 Antonia de Prato uxor Thomae de Cazuffo. Decessit anno 1525 die 27 ianuarii.
89. Anno 1519 spectabilis iuris utriusque doctor dominus Antonius a Prato civis, et habitator Tridenti, filius quondam egregii viri domini Girolodi a Prato olim civis et habitatoris Tridenti.
90. Anno 1557 nobilis, et magnificus quondam dominus Ioannes Baptista a Prato, vivens anno 1546 die 3 martii.
91. Anno 1534 dominus Ioannes Christophorus a Prato confinis in Lidorno.
92. Anno 1526 nobilis dominus Antonius de Prato.
93. Anno 1519 egregius vir dominus Ioannes a Prato filius quondam egregii viri domini Iacobi a Prato civis, et habitator Tridenti.
94. Anno 1519 spectabilis iuris utriusque doctor dominus Antonius a Prato civis, et habitator Tridenti, filius quondam egregii viri domini Girolodi a Prato civis, et habitatoris Tridenti.
95. Anno 1519 domina Antonia soror dicti domini Antonii a Prato, et uxor egregii viri domini Thomae de Cazuffis civis et habitatoris Tridenti.
96. Anno 1539 magnificus dominus Baptista a Prato civis et nobilis tridentinus.
97. Anno 1528 dominus Ioannes Baptista de Prato civis Tridenti.
98. Anno 1565 nobilis dominus Iosephus a Prato.
99. Anno 1533 dominus Ioannes Baptista a Prato civis Tridenti.
100. Anno 1540 dominus Ioannes a Prato confinis in Lidorno.
101. Anno 1554 die 2 aprilis haeredes quondam domini Ioannis a Prato confines in Lidorno.
102. Anno 1560 die 20 ianuarii magnificus dominus Iustinianus Pratus confinis Gabioli.
103. Anno 1531 nobilis dominus Ioannes Baptista a Prato habitator in Contrata Burgi novi Tridenti.
104. Anno 1544 haeredes quondam domini Christophori a Prato, habitatores in Contrata teutonica Tridenti.
105. Anno 1557 nobilis domina Cassandra una ex filiabus quondam nobilis, et magnifici domini Ioannis Baptistae a Prato, et uxor nobilis domini Ioannis filii nobilis domini Alexandri Carminati veronensis.
106. Anno 1557 nobilis dominus Antonius filius quondam praedicti domini Ioannis Baptistae, ac frater dictae dominae Cassandreae, a patria tridentina absens, et omino ignotus.
107. Anno 1557 nobiles domini Iustinianus, et Ioannes Maria fratres, et haeredes praefati quondam domini Ioannis Baptistae a Prato.
108. Anno 1547 die tertia maii *le signore da Prato* interfuerunt *Triumpho Tridentino* habito in palatio madrutiano Arborum prope Tridentum.

109. Anno 1539 in catalogo librorum bibliothecae episcopalis Tridenti, inter iuristas relatus fuit *Doctoris Antonii de Prato Tridentini Tractatus de secundis nuptiis constante primo matrimonio. Idem scripsit insuper Tractatus de Feudis, de ludo, de republica, et de repertorio in Bartholum*. Cavendum autem ne confundatur cum Antonio de Prato, natione gallo, qui fuit cancellarius parisiensis ab anno 1515, episcopus plurium ecclesiarum, archiepiscopus senonensis, cardinalis ab anno 1527, ac obiit die 9 iulii 1535, aetatis suae 72, fuitque pater alterius Antonii de Prato praepositi parisiensis ad annum 1547 atque Gulielmi de Prato episcopi claromontensis, defuncti anno 1560 qui Consilio tridentino interfuit tempore Papae Pauli tertii, teste Advocato in Dictionario portatili. Inventarium bibliothecae Antonii nostri videsis circa finem voluminis nostri manuscripti, cui tit. *Bibliotheca Tridientini episcopi* pag 131, et 132, ex quo etiam constat magna eiusdem Antonii pietas. Eundem pluribus laudavi etiam in relatione prinma ad Patrem Generalem data anno 1775, pag. 51 et seqq. ac in Specimine chronicorum Provinciae nostrae ad Iospehum Wendt viennensem anno 1773, num. 108. Laudatur insuper a meo Bonello in Monumentis Eccl. Trid. To. 2, et 4.

110. Anno 1542 nobilis dominus Baptista a Prato, dominus castri Segunzani, civis Tridenti: dictus etiam magnificus dominus in eadem charta.

111. Anno 1530 domina Valentina a Bizeltis uxor quondam Iacobi a Prato, confinis in Montanea Tridenti *in la Pozza*.

112. Anno 1542 nobilis, et magnificus dominus Baptista a Prato, dominus castri Segunzani.

113. Anno 1508 Ioannes Baptista a Prato civis Tridenti.

114. Anno 1508 Ioannes Antonius Pona, et Iacobus a Prato curatores Ioannis Baptistae, ac Antonii fratrum a Prato.

115. Anno 1503 nobilis vir dominus Iacobus de Prato.

116. Anno 1623 perillustris domina Sylvia Prata.

117. Anno 1621 illustris domina Sylvia uxor quondam illustris domini Octavii de Prato, domini Segunzani. Anno 1623 perillustris domina Sylvia Prata.

118. Anno 1624 perillustris dominus Theodorus Pratus, et domina Virginia Bordogna.

119. Anno 1584 nobilis dominus Iacobus a Prato.

120. Anno 1560 illustris Innocentius a Prato patrinus baptismalis Tridenti.

121. Anno 1600 il molto reverendo signor Silvio da Prato canonico di Trento.

122. Anno 1602 haeredes nobiles quondam nobilis domini Iustiniani a Prato.

123. Anno 1578 misser Hieronimo da Prato. Misser Battista da Prato.

124. Anno 1531 adi 16 marzo fu sepolta donna Lucrezia moier de misser Batista da Prato.

125. Anno 1531 Confraternitas Nova s. Mariae Misericordiae celebrari fecit Messe otto per l'anima de misser Marchior dal Oli. Vide supra num. 12.

126. Anno 1606 nobilis admodum, et magnificus vir dominus Ioannes Iacobus, filius quondam nobilis, et magnifici domini Iosephi a Prato civis Tridenti, Ioannis nepos, et Iacobi pronepos, in Burgo Perzini, ac in revolto terreno suae domus, donavit fundum pro erigendo nostro coenobio s. Francisci apud Perzinum. Ex nostra Relatione secunda ad Patrem Generalem num. LXXVII. Regesti.

127. Anno 1614 in dicto conventu perginensi positus fuit lapis niger dicens: "Alex. Baro a Prato pro Augustissima Domo Austriaca supremus per Tyrolim Locumtenens, huius conventus Fundatoris filius, ac Leonardi Maioris sui sub Republica Veneta Generalsissimi, et Pro regis in Cypro, nec non Tritavi, Atavi, Abavi, Proavi, Avi, et

Patris, triumque fratrum omnium belliducum aemulator egregius MDCXIV”. Ita ibi. Vide supra num. 65, ac 67. Ceterum Leonardus Pratus venetorum generalissimus ab aliis adseritur natione apulus, ex Societate Rhodiorum Militum, praefectus Ferdinandi iunioris, et Federici regum Neapolitanorum, statua equestri donatus a venetis tempore Ducis Leonardi Lauredani, qui fuit Dux ab anno 1501 usque ad annum 1521. Vide To. 1 inscript. 804.

128. Anno 1646 die 15 novembris Pergini ortus est Ioannes Iacobus baro de Prato, qui die 20 septembris anno 1664 aetatis suae 18 sub nomenclatura Fratris Felciis a Pergino habitum nostrum clericalem adsumpsit, obiitque in conventu perginesi die sexta martii anno 1702, aetatis 56.

129. Anno 1805 vivit Francisca filia quondam baronis Caietani de Prato coelebs Tridenti.

130. Anno 1805 die sexta augusti obiit Tridenti Antonia eius soror iunior coelebs.

131. Anno 1805 vivit Carolina soror altera.

132. Anno 1805 vivit Xaveria itidem soror Franciscae vidua relicta quondam Comitis Bernardini Mancii tridentini. Vide supra pag. 179, [caput XXII], num. 20.

133. Anno 1790 vixit alia eius soror, olim Parthenonis Hallensis alumna.

134. Anno 1805 vivit Ioanna Nepomucena uxor sterilis Aloysii baronis de Prato, nata ex Albertis Comitibus de Colico civibus tridentinis.

135. Anno 1499 Iacobus de Prato fuit orator imperatoris Maximiliani primi apud Helvetios, et Rhetos, obtinuitque ne Tirolim furiose invaderent, teste Mariano in *Trento* pag. 345. In quadam manuscripto lego, quod *Iacobus de Prato fuit orator pro imperatore Maximiliano secundo Romae*: id quod ratione temporis intelligendum censeo de Iacobo alio, relato num. 29, et 119. Ambrosius Francus arcensis nel *Martirio del B. Simone* impresso Trdienti anno 1586, fol. 1, col. 2 inquit: “Giacobo da Prato scrisse a’ tempi del Beato Simone Trentino il Martirio del medesimo Fanciullo Simone, in versi volgari, quali si veggono, e si conservano oggidì sopra una tavola nella cappella del B. Simone in s. Pietro di Trento”. Porro Simonis martyrium accidit anno 1475.

136. Anno 1591 die 29 augusti Sylvius a Prato, dominus Segunzani, canonicus tridentinus, et Vicarius Generalis.

137. Anno 1343 indict. XI die dominico 12 ianuarii domina Irmela filia quondam ser Michaelis ab Oleo de Tridento, uxor Gislemberti de Tridento.

138. Anno 1777 Felicitas baronissa de Taxis, nata Comitissa de Prato. Ita illa scripsit propria manu.

Alia manu additus fuit numerus sequens.

139. Perillustris domina Iulia Prata 1659 vidua quondam nobilis domini Alberti Paurinfaint civis Tridenti, et filia quondam perillustrium dominorum Octavii de Prato domini Segunzani, et Silviae eius uxoris (ad N. 117) fecit conventionem cum nobili domino Antonio Paho dicto Barone de Paho patrino eiusdem dominae Iuliae, et marito in secundo matrimonio antedictae Silviae viduae de Prato ut ex rogibus Francisci de Capris notarii collegiati civisque Tridenti ad dictum annum 1659.

CAPUT LXIII

De familia Bellenzana

1. Anno 1240 cir. vixit Bellenzanus de Tridento.

2. Anno 1257 vixerunt Guilielmus, et Bellaverius fratres filii quondam Bellenzani de Tridento.

3. Quod Bellenzanus fuerit non cognomen, sed nomen didici etiam ex monumentis ripanis; nam reperi, quod anno 1220 vixerit Belenzanus clericus, et confrater Sanctae Mariae plebis Ripae: idipsumque annis 1224, et 1226.
4. Anno 1285, 1286, 1287 Petrus de Bellenzanis notarius tridentinus. Anno autem 1291 dominus Petrus de Bellenzanis notarius tridentinus.
5. Anno 1300 Bonolinus Bellenzanus. In charta tridentina.
6. Anno 1307 honorabilis vir dominus Gwilhelmus de Bellenzanis iudex civis Tridenti.
7. Anno 1308 Bonifacius notarius quondam domini Benedicti de Belenzanis.
8. Anno 1312 Gulielmus iudex de Bellenzanis de Tridento, Vicarius, et faciens rationem in Curia tridentina. Idem iurisperitus an. 1317, ac 1320, Iudex anno 1327.
9. Anno 1314 Guilielmus de Bellenzanis iudex de Tridento testis Bozani.
10. Anno 1317 dominus Guilielmus iudex, et Vicarius in Curia tridentina die 17 octobris, et anno 1319.
11. Anno 1320 sapiens vir dominus Guillelmus de Bellenzanis civis tridentinus.
12. Anno 1321, et 1326 Bonifacius notarius quondam domini Benedicti de Bellenzanis.
13. Anno 1327 dominus Guillelmus de Bellenzanis iudex habitator Tridenti.
14. Anno 1339 haeredes quondam domini Hieremiae de Belenzanis.
15. Anno 1339 ser Franciscus de Belenzanis.
16. Anno 1340 Bonaverius de Belenzanis minister Frtrum Batutorum Laicorum civitatis Tridenti. Videsis nostra Monumenta Domus Dei tridentinae cap. 3, num. 15, pag. 19.
17. Anno 1349 Ioannes filius Bonolini Bellenzani. Vide supra num. 5.
18. Anno 1349 Franciscus filius Bonolini de Bellenzanis.
19. Anno 1349 Bellenzanus de Bellenzanis filius Francisci.
20. Anno 1349 Iohannes de Belenzanis civis tridentinus.
21. Anno 1369 condam dominus Iohannes de Belenzanis, olim capitaneus castris Thennensis. Videsis To. 1 Variarum inscript. 167.
- Anno 1385 Franciscus filius quondam ser Belenzani de Belenzanis de Tridento.
22. Anno 1392 Franciscus filius Bellenzani.
- Anno 1390 domina Gulielma filia quondam ser Ioannis de Belenzanis de Tridento.
23. Anno 1407 nobilis vir ser Rodulfus de Belenzanis de Tridento.
24. Anno 1407 dominus Rodulphus de Belenzanis capitaneus, et referendarius populi civitatis Tridenti, testis super platea iuxta rastellum ante castrum Boni Consilii, coram domino Friderico Duce Austriae, Tyrolis Comite etc.
25. Anno 1412 Rodulphus filius Francisci Bellenzani decollatus fuit Tridenti.
26. Anno 1416 bona quondam Rodulphi de Bellenzanis civis tridentini rebellis, ad Duces Austriae devoluta.
27. Anno 1423 Marcus de Bellenzanis consul primarius Tridenti.
28. Anno 1428 Marcus de Bellenzanis consul tertius Tridenti.
29. Anno 1433 Marcus de Bellenzanis consul quartus Tridenti. Secundus, et tertius fuerunt olim consules primarii ante Marcum.
30. Anno 1439 Rodulphus, et Ioannes Antonius, Agnes, et Regina, filii, et filiae ser Marci de Bellenzanis de Tridento.
31. Anno 1451 nobilis domina Enfelix filia quondam nobilis viri Francisci de Tridento, civis, et habitatrix Tridenti, uxorque olim Ioannis de Belenzanis sepulti

coemeterio sanctae Mariae Maioris, reliquit suum haeredem universalem, tamquam eius attinentem, et propinquum, nobilem virum Christophorum notarium quondam domini Antonii de Molveno civem tridentinum. Qui quidem Antonius anno 1439 dictus fuit Antonius quondam ser Francisci notarii de Molveno, civis Tridenti, Come Palatinus, et notarius: ac tandem etiam dominus Molveni, et Andali. Videsis Notariale, ac Praetoriale trid.

32. Anno 1453 nobilis, et egregius vir ser Rodulfus filius quondam nobilis, et egregii viri ser Marci de Bellenzanis de Tridento.

33. Anno 1464 filii quondam ser Marci de Bellenzanis, domum habens Tridenti in Contrata Mercati Veteris.

34. Anno 1517 Franciscus quondam Redolfi de Bellenzanis de Fornace fuit testis Tridenti.

35. Contrata Bellenzanorum anno 1372, 1407, 1408, 1428, 1453, 1459, 1490, 1517.

36. Contrata Bellenzanorum, sive Sanctae Mariae Maioris anno 1428.

37. Contrata Bellenzanorum, sive Mercati Veteris anno 1451.

38. Contrata Plateae, sive Bellenzanorum anno 1478.

39. Contrata Larga, alias Bellenzanorum dicta anno 1529.

40. Contrata Lata, alias Bellenzanorum anno 1514, 1596.

41. Contrata Bellenzanorum prope Plateam 1472.

42. Contrata Larga, sive antiquitus dicta de Bellenzanis anno 1494.

43. De Rodulpho Bellenzano decollato agit Marianus in *Trento* edit. 1673, pag. 284, et seqq. Agit et Pater Benedictus Bonellus To. 4 Monument. Eccl. Trid. pag. 124, et 125. Ianus Pyrrhus Pincius in *Vitis pontificum tridentinorum*. Ughellus Coleti, et alii.

44. Anno 1391 Rodulphus pupillus filius, et haeres quondam ser Francisci de Belenzanis, sub tutela domini Bonaventurae de Calapinis.

45. Anno 1349 Ioannes de Belenzanis civis Tridenti, et capitaneus castris Thenni, episcopo tridentino fidelis, filius domini Francisci, et frater Nicolai.

46. Anno 1476 egregius vir dominus Rodolphus de Belenzanis iurisdictionis castris Sylvae, et Levici Vicarius benemeritus pro magnifico, et generoso viro domino Odorico de Rochabruna dictorum locorum capitaneo benemerito pro R.mo domino Ioanne Dei, et apostolicae gratia episcopo tridentino.

CAPUT LXIV

De familia Bonora

1. Anno 1322 vixit ser Vivianus Bonora de Cologna Theni. Ex nostro Archivista Lomasino num. 125.

2. Anno 1482 Bartholomaeus notarius filius quondam Viviani Bonorae de Cologna plebis Thenni.

3. Anno 1483 ser Dominicus quondam ser Bonorae de villa Flavei.

4. Anno 1489 Bartholomaeus Grandus filius quondam ser Viviani Bonorae de Cologna, et Martinus eius frater.

5. Anno 1491 Bartholomaeus Magnus quondam ser Viviani Bonorae de Cologna plebis Tenni, et Martinus eius frater.

6. Anno 1536 Franciscus Bonora de Cologna Theni. Ex citato Archivista Lomasino ibidem.

7. Anno 1536 Ioannes Antonius Bonhora de Cologna.

8. Anno 1544 Zovan quondam Pero Bonora uno de' decani de Cologna et Gavazo. Videis To. 1 Variarum in script. 640.

9. Anno 1548 Dominicus de Bonhoris de Colonia dictus dal Monester.
10. Anno 1451 Petrus Bonora domum habuit Tridenti.
11. Anno 1517 Dominicus quondam Bartholoamei de Bonoris de Cologna plebis Thenni, fuit Tridenti testis.
12. Anno 1523 Dominicus quondam Bartholomaei Grandi de Bonoris de Cologna plebis Thenni fuit testis Tridenti.
13. Anno 1550 Dominicus dictus del Monaster filius quondam Bartholomaei Grandi de Bonhoris de Cologna plebatus Theni, fuit Tridenti.
14. Anno 1600 misser Annibal Bonora fuit Tridenti.
Anno 1609 Toni Bonhora lavorent de campagna, et barcarol, et dona Tonia sua moier.
15. Anno 1634 Francesco Bonora fcatus est civis Tridenti.
Anno 1658 magnificus dominus Simon f.q. domini Francisci Bonhorae civis Tridenti.
16. Anno 1670 anonymus Bonora fuit parochus Enni in Anaunia.
17. Anno 1786 Antonius Bonora de Cavalesio notarius, et phiscalis S.C. R.mae, idest Suae Celsitudinis R.mae episcopi, ac principis tridentini.
18. Anno 1780 Augustinus Bonora de Cavalesio civis tridentinus, et Canonicus Regularis Lateranensis s. Augustini, Collegii s. Michaelis ad Athesim, de quo in Parochiali tridentino, fuit enim curatus Avisii, plebanus Iugi, et plebanus Sancti Michaelis, et auctor thesium avisiensium a s. Sede proscriptarum, De quo etiam in nostra Bibliotheca tirolensi To. 3, pag. 1499 et seqq.
19. Anno 1803 Antonius Bonora de Pradatio presbyter, qui fuit capellanus Panevegii in Flemmis anno 1789, et 1793.
20. Anno 1784 Franciscus Bonora de Gavatio, obiit anno 1803.
21. Anno 1804 Franciscus Antonius Bonora, filius praecedentis Francisci baptizatus die 10 octobris 1784, nostrum habitum clericalem induit sub nomine Fratris Theodori die 16 novembris 1802, ipsumque infirmitatis causa deposuit die... augusti 1804, nondum professus.
22. Anno 1780 doctor [Iacobus] Bonora de Arco syndicus noster apostolicus conventus arcensis.
23. Anno 1505 ser Martinus filius quondam ser Petrizoli, quondam ser Dominici de Bonhomis de Colonia Theni fecit suum testamentum. Sed erravi; nam dictum reperi non *de Bonhoris*, sed *de Bonhomis*, qui adhuc sunt Pastuedi in plebe Thenesi, Videsis Notitiam ecclesiarum num. 230.
24. Anno ... dominus Bernardinus Bonora de Arco erexit Arci ecclesiam Sancti Bernardini.
25. Anno 1689 Tridenti editus fuit sermo quidam non laudandus presbyteri Caroli Antonii Bonorae de Bononia. Id notandum, ne putetur ex Bonoris nostris.

CAPUT LXV

De familia Perotta

1. Anno 1632 additus fuit Matriculae civium tridentinorum misser Vigilio Perotti.
2. Anno 1638 vixit misser Vigilio Perotti confinante in Covel. Ex Spicilegio nostro Orphanotrophii Trid. num. 301.

3. Anno 1644 magnificus dominus Vigilus Perotus civis Tridenti, socer, et curator domini Christophori filii quondam domini Ioannis de Melioribus de Lono. Videsis To. 2, pag. 925 Monumenta Orphanatrophii tridentini.

4. Anno 1655 in ecclesia sancti Marci PP. Augustinianorum Tridenti positum fuit monumentum cm insignibus, et inscriptione ista: *Familiae Perottae, et Heredum 1655*. Vide To. 1, inscript. 893.

5. Deest.

6. Anno 1655 vixit nobilis dominus Vigilus Perotus curator nobilis domini Leonardi a Monte haeredis perillustris quondam domini Antonii a Monte. Ex citato Spicilegio num. 497.

7. Anno 1657 vixit il nobile signor Vigilio Perotti.

8. Anno 1666 Andreas de Perottis Valsurdae.

9. Anno 1683 fuit procurator civicus Tridenti Vigilio Antonio Perotti. Confirmatus etiam anno 1684, 1685, ac 1686. Hic fuit Vigilus Perottus secundus.

10. Anno cir. 1690 Dominica filia Vigili de Perotis, uxor Stephani de Nicollis civis Tridenti.

11. Anno 1697 Vigilio Antonio Perotti tenente nel reggimento di sua altezza serenissima di Lorena, principe di Commercy per sua maestà cesarea. Sic manu pictrice factum legi in perystilio conventus s. Marci Tridenti, ubi acta s. Augustini exhibentur.

12. Anno 1702 Vigilio Antonio Perotti tesoriere della città di Trento.

13. Anno 1755 Pietro Antonio Perotti console della città di Trento. Obiit die 20 martii 1765, aetatis suae 64, et sepultus fuit ad s. Marcum.

14. Anno 1759 Pietro Antonio Perotti dottore console di Trento. Habitavit in Contrata Lata, versus Occidentem.

15. Anno 1730 die 24 augusti obiit Tridenti dominus Vigilus Perottus, fuitque sepultus in ecclesia sancti Marci, inque sepulchro proprio.

16. Anno 1742 die 15 iulii obiit Tridenti domina Camilla Perotta, aetatis annorum 80, et sepulta fuit in dicta ecclesia sancti Marci.

17. Anno 1731 die 6 februarii obiit in monasterio Sancti Michaelis Clarissarum apud Tridentum Mater Soror Maria Rosa Perotta de Tridento, quae nata est die 12 iulii 1651, et velata die 29 septembris 1668 et raro exemplo fuit quinquies triennalis abbatissa ab anno 1690, et ter Vicaria itidem triennalis ab anno 1693.

18. Anno 1783 die 25 novembris in Contrata Lata obiit ill.ma domina Ursula Mancina, vidua relicta praefati Petri Antonii Perotti, aetatis annorum 86, quae fuit soror tandem Comitis Ioannis Baptistae Mancii tridentini. Vixit annos 85, menses 5, dies 5. Sepulta fuit in ecclesia s. Marci die 26 novembris post Vesperas cum apparatu, sicut aiunt, capitulari: et ita desiit familia Perotta Tridenti. Ante illam obiit tertia eius filia Catharina, coelebs, ac gibbosa, quae inter vivos fuit anno 1796, obiitque Tridenti die 26 octobris 1771, aetatis suae 40.

19. Anno 1791 die 20 augusti Tridenti in Contrata Sanctae Mariae Magdalenae obiit ill.ma domina Elisabeth filia quondam laudati Petri Antonii Perotti, et uxor foecunda Comitis Vincentii Consolati. Sepulta in ecclesia s. Magdalenae die 21 augusti post Vesperas.

20. Anno isto 1805 vivit Tridenti in Contrata Longa ill.ma domina Camilla itidem filia quondam praedicti Petri Perotti, vidua relicta cum pluribus filiis quondam Comitis Philippi Sittii. Orta est anno 1727.

21. Praefatus Petrus Antonius fuit staturae ordinariae: numquam caesarie ficta usus est: habuitque praeter domum urbanam in Contrata Lata circa medium versus s. Mariam

Mariorem, tres domos autumnales, videlicet unam Cubali in Supramontio, aliam Panthevi in Paho, ac tertiam Mattarelli infra Tridentum. Priorem haereditavit filia Sitia, et secunda filia Consolata.

22. Anno 1515 furono rammentati haeredes Peroti de Cantono.

23. Anno 1511 vixerunt Antonius quondam Antonii Perotti de Castello de Trilaco, et Andreas eius frater.

24. Anno 1804 Tridenti obiit domina Iacoba Riccia, orta Perotta, quae Domui Dei reliquit domum sitam in Contrata s. Mariae Maioris.

CAPUT LXVI

De familia Perotia

1. Anno 1572 in renovatione Matriculae civium tridentinorum inter familias antiquiores recensetur *la Famiglia Perotia*, quae in meo exemplari dicitur *estinta*.

2. Anno 1421 Leonardus ser Peroci septimus consul Tridenti.

3. Anno 1430 Leonardus apothecarius filius ser Perocii apothecarii sextus consul Tridenti.

4. Anno 1444 Iacobus Perotii quartus consul Tridenti.

5. Anno 1457 Iacobus de Perociis tertius consul Tridenti.

6. Anno 1462 Iacobus de Perociis quartus consul Tridenti.

7. Anno 1474 Iulianus de Perociis de Verona notarius habitator villae Cavalesii Vallis Flemmarum.

Anno 1475 providus vir ser Tremenus de Perocis civis Tridenti.

8. Anno 1475, et 1476 Tremenus de Perotiis consul quartus, et quintus Tridenti.

9. Anno 1485 honesta vidua domina Apollonia uxor quondam ser Tremeni de Perociis.

10. Anno 1489 Nicolaus quonda ser Tremeni Perotii civis, et habitator Tridenti.

11. Anno 1491 bona, quae fuerunt Ioannis Gottardi, et Ionanis Francisci de Perotiis de Tridento, ad fiscalem cameram tridentinam devoluta ob quaedam maleficia.

12. Anno 1529 spectabilis dominus Tremenus Perotius quondam ser Nicolai de Perotiis artium, et medicinae doctor, civis, et habitator Tridenti, die septima ianuarii Tridenti uxorem duxit nobilem dominam Luciam filiam quondam egregii domini Francisci Balzani.

13. Anno 1533 Tremenus de Perotiis artium, et medicinae doctor, consul primarius Tridenti.

14. Anno 1540 excellens dominus Tramenus de Perociis medicus.

15. Anno 1540 quondam ser Franciscus de Perociis.

16. Anno 1540 magister Alexander de Perociis pictor, frater medici Trameni.

17. Anno 1541 magister Alexander de Perotiis de Tridento, pictor Venetiis, filius quondam ser Ioannis Francisci de Perociis de Tridento.

18. Anno 1542 Tremenus de Perotiis artium, et medicinae doctor consul secundus Tridenti. Anno 1542 spectabilis artium, et medicinae doctor, Tremenus de Perotiis civis, et habitator Tridenti.

19. Anno 1544 Vilnae in Lituania obiit Tremenus Perotius protomedicus regis Poloniae. Vide nostram Bibliothecam Tirol. verbo *Perozzi*.

20. Anno 1549 Tremenus Perotio dottore di medicina capo console di Trento.

21. Anno 1553 Tremenus Perotio dottore di medicina capo console di Trento.

22. Anno 1568 Lodovico Perotio console secondo di Trento, in luogo d'Ascanio Scratimperger.

23. Anno 1569 Lodovico Tremeno de Perotiis capo console di Trento.
24. Anno 1570 il magnifico, et excell.mo signor Lodovico Tremeno di Perotii nontio della magnifica città di Trento in Corte cesarea. Ita Magistratus civicus tridentinus die 6 novembris.
25. Anno 1574 Lodovico Perotio medico tertius consul Tridenti. Anno 1591 dominus Ludovicus Tramenus.
26. Anno 1591 Ludovicus Tramenus de Perotiis medicus, et consiliarius archiducalis, epitaphium lapideum posuit Tridenti in ecclesia s. Petri Tridenti. Vide nostram Biblioth. Tirol.verbo *Perozzi*. Idest Nicolosae Bonorae uxori suae.
27. Anno 1592 excellens Ludovicus Tremenus protophysicus archiducalis.
28. Anno 1606 quondam dominus Ludovicus Tremenus doctor medicus Tridenti.
29. Anno 1562 quondam excellens physicus dominus Franciscus Perotius.
30. Anno 1595 magnificus, et excellens artium, et medicinae doctor dominus Ludovicus Tremenus de Perociis civis Tridenti. Hic a quodam scriptore nostrate perperam cognominatis fuit *Perotti*.
31. Anno 1522, ac 1549 apud Caldonatium fuit ecclesia sancti Tremeni, et anno 1405 vixit Tramenus notarius filius quondam ser Michaelis de castro novo Vallis Suganae. Sic addere lubet pro nomine Trameni supra non semel notato.
32. Ex hisce duobus postremis capitibus constat quod *Perotti* distincti fuerunt a *Perotiis*, et hinc errare illos, qui pro *Lutti*, *Malfatti*, *Vanetti* etc. scribunt *Luttii*, *Malfatii*, *Vanettii*.
33. Anno 1491 vixit Tridenti Ioannes Franciscus filius quondam Iacobi de Perociis de Tridento, postquam proditorie occidit Franciscum de Ponis civem tridentinum. Vide supra num. 11 et caput 50, num. 109.

CAPUT LXVII

De familia Zambaita

1. Anno 1606 misser Pietro Zambait uno delli dodici, e del Consiglio della magnifica comunità di Pergine. Ex nostra Relatione secunda ad P. Generalem, in regesto diplomatico num. 77.
2. Anno 1615 misser Bernardino Zambaito additus fuit Matriculae civium tridentinorum. Fuit origine de Gandino agri bergomensis oppido insigni, ubi etiamnum vigent Zambaiti, prout didici ab epistola quadam gandinensi.
3. Anno 1617 misser Gandin Zambaiti mercante adnesso inter cives Tridenti.
4. Anno 1623 die 7 iulii reverendus Pater Frater Rochus Zambaitus Ordinis Minorum Reformatorum Provinciae Sancti Antonii Venetiarum fuit Burgi in Ausugio. Nomen eius desideratur in Necrologio eiusdem Provinciae, ac etiam in Necrologio nostro Tridentinae Sancti Vigili²⁰⁵.
5. Anno 1625 magnificus dominus Gandinus Zambaitus.
6. Anno 1626 magnificus dominus Gandinus Zambaitus, unus ex consulibus venerabilis Confraternitatis noave sanctae Mariae Misericordiae Orphanorum Tridenti [sic].
7. Anno 1626 die 29 novembris Tridenti natus est Baltassar Zambaitus dictus Gandinus, qui anno 1645 die 24 maii nostrum habitum clericalem induit sub nomine

²⁰⁵ *Nacque a Gandino e mori a Conegliano il 30 settembre 1660: era fratello laico: cfr. Ulderico Vicentini, *Necrologio*, Venezia 1955.

sancti Rochi apud Roboretum die 16 iunii 1702. Provinciae senior, iterato ex-Custos, et iteratio ex-Minister provincialis.

8. Anno 1627 Gandinus Zambaitus confinis in pertinentiis Trilaci.

9. Anno 1628 magnificus Gandinus Zambaitus Vicarius venerabilis Confraternitatis sanctae Mariae Misericordiae Orphanorum Tridenti. Misser Bernardino Zambait mercante.

10. Anno 1629 magnificus dominus Gandinus Zambaitus Vicarius venerabilis Cofraternitatis sanctae Mariae Maioris Orphanorum [sic] Tridenti.

11. Anno 1631, et 1632 misser Bernardino Zambaiti. Anno 1635 Gandin Zambait uno della Gionta del Magistrato di Trento.

12. Anno 1654 magnificus dominus Franciscus Zambaitus civis Tridenti. To. 3, Cod. dipl. num. 626.

13. Anno 1659 haeredes quondam domini Rochi Zambaiti, possessores, et confines apud sanctum Franciscum Tridenti. Ibi etiam hodie habent molendinum sub ecclesia nostra sancti Bernardini, quod iure, ac titulo locationis perpetuae obtinet Ioannes Baptista quondam Francisci Thomasii molitor.

14. Anno 1659 Francesco Gandin Zambait tesoriere della città di Trento.

15. Anno 1669 dominus Franciscus quondam domini Ioannis Zambaiti, unus ex consiliarius venerabilis Confraternitatis sanctae Mariae Misericordiae Orphanorum Tridenti.

16. Anno 1686 in coemeterio ecclesiae parochialis sancti Petri Tridenti, prope ianuam ecclesiolae sanctae Annae, positus fuit lapis cum inscriptione ista: *Qui giace la Famiglia Zambaiti Cittadino [sic] di Trento 1686.*

17. Anno 1700 vixit il signor Simon Zambaiti alle beccarie di Trento. Eum novi, et vidi morientem.

18. Anno 1700 vixit pariter eius frater il signor Nicolò Zambaiti al Cantone di Trento, soldato nubile.

19. Anno 1733 Bernardinus Zambaitus tridentinus iuris utriusque doctor, et professor sacrorum canonum Tridenti, theses propugnandas in aula castris Boni Consilii a duobus suis discipulis exposuit in magna tabula. Tandem fuit professor venerandus.

20. Anno 1740 die sexta Ianuarii Pisis in Tuscia obiit dominus Nicolaus Zambaitus, filius domini Simonis locumtenens militaris *di Corazzieri*, aetatis an. 37.

21. Anno 1740 die 20 maii Tridenti obiit presbyter Antonius Zambaitus, filius quondam domini Bernardini, aetatis annorum octuaginta.

22. Anno 1741 die 6 aprilis praefatus Bernardinus Zambaitus cuidam libello apposuit *Imprimatur. B. Zambaitius [sic] Pro-Vic. Gen.* Idipsum fecit die 15 ianuarii 1742 cum alio libro.

23. Anno 1742 Baltassar Zambaitus curatus Ciacenus apud Vezanum. Is fuit presbyter etiam ante annum 1730.

24. Anno 1750 die 2 octobris Gazadinae obiit presbyter Rochus Zambaitus filius quondam domini Bernardini, aetatis annorum 89, ac sepultus est in ecclesia parochiali Meani.

25. Anno 1751 die 2 novembris Tridenti obiit Franciscus Zambaitus, pater infrascriptorum Rochi, Albani, Francisci etc.

26. Anno 1757 vixit Pater Antonius Zambaitus, Francisci frater, et conventus tridentini sancti Marci Patrum Augustinianorum olim Prior.

27. Anno 1760 vixit Pater Laurentius Zambaitus, Antonii frater, Clericus Regularis Somascenus Tridenti.

28. Anno 1756 die 2 decembris Tridenti obiit dominus Simon Zambaitus, filius quondam domini Bernardini, et sepultus est apud sanctum Patrum, me praesente.

29. Anno 1759 die 8 decembris Tridenti obiit domina Helena vidua domini Simonis Zambaiti, orta Marchetta Pragae in Bohemia, filia pictoris, et pictrix, aetatis annorum 83 sepultaque apud sanctum Petrum.

30. Anno 1779 die 16 iunii Tridenti obiit domina Teresia Zambaita filia quondam Simonis, et ante annum 1756 vidua nobilis Voltolini roboretani, aetatis annorum 64 circiter.

31. Anno 1772 die primo aprilis Tridenti obiit ill.mus dominus Rochus Zambaitus de Vezeburg iuris utriusque doctor, sed titularis tantum. Filius fuit Francisci.

32. Anno 1781 die 27 maii, Tridenti in Collegio sanctae Mariae Magdalenae Patrum Congregationis Somascenae, Pater Franciscus Zambaitus, praecedentis Rochi frater obiit, fuitque inibi sepultus die 25. Olim fuit dicti Collegii praepositus, obiitque iterum praepositus actualis, sed necdum possessione donatus.

33. Anno 1783 die 30 decembris Cavalesii in Flemmis obiit noster Pater Frater Petrus Baltassar olim dictus Ioannes Laurentius Zambaitus, frater praedicti Rochi, qui natus est Tridenti die 22 februarii 1726, cucullum nostrum adsumpsit die prima maii anno 1745, fuitque concionator, Vicarius, et Guardianus.

34. Anno 1799 die 18 maii, Tridenti in nostro valetudinario sancti Bernardini obiit noster Pater Frater Franciscus Albanus, qui natus est anno 1716 die 31 ianuarii, et baptizatus fuit Tridenti die 7 februarii sub nomine Ioannis Baptistae. Fuit frater praecedentis Patris Petri Baltassar, Vicarius, et Guardianus.

35. Anno 1780 die 2 decembris Tridenti obiit ill.ma domina Iulia Euphemia vidua domini Francisci Zambaiti, mater Rochi, Francisci, Albani, et Baltassar, praedictorum, orta Pergini die 22 februarii et baptizata die 26 patre Ioanne Baptista Sardanea capitaneo castris Perginensis. Obit autem apud filium suum Ioannem Albanum, et sepulta fuit in ecclesia cathedrali die tertia decembris post Vesperas. Fuit diu coeca, et obiit in Contrata ss. Trinitatis.

36. Anno 1802, die 10 februarii Tridenti in Contrata Burgi novi, olim ss. Trinitatis, ill.mus dominus Ioannes Albanus Zambaitus de Vezeburg, filius quondam Francisci, et dictae Iuliae, ac iuris utriusque doctor titularis obiit. Is plurimum fuit valetudinarium, habuitque anno 1762 uxorem anonymam Eberlam tridentinam.

37. Anno 1804 die 24 novembris Tridenti in Contrata Lata obiit ill.ma domina Teresia de Lupis tridentinis, vidua relicta quondam ill.mi domini Rochi Zambaiti, aetatis annorum 85.

38. Anno 1795 die 3 ianuarii Tridenti apud s. Petrum obiit dominus Petrus Alcantarensis clericus minorista, Tertiarius S.P.N. Francisci, ac filius quondam domini Simonis Zambaiti, natus anno 1721. Sepultus in coemeterio communi s. Francisci die quarta matutina tempore.

39. Anno 1801 die 20 septembris Vezeburgi in Sarcitis ill.mus dominus Franciscus Maria Zambaitus, filius quondam Rochi, ac maritus Elisabettae Salvettae. Studuit Tridenti, ac Oeniponti. Emit Comitatus titulum anno 1790 ab Electore bavaro Vicario imperiali; sed ipsum non exhibuit cancellariae tridentinae.

40. Anno 1795 die 17 ianuarii Tridenti obiit Dominicus filius dicti Francisci Mariae Zambaiti, logicae studiosus, aetatis an. 19, ex variolis, qui clericali militiae se se dare decreverat.

41. Anno 1795 die 22 ianuarii Tridenti obiit ex variolis, Rochus frater maior, et unicus praecedentis Dominici, ac studiosus iuris civilis.

42. Anno 1787 die 22 ianuarii Tridenti in Contrata macelli obiit presbyter Valerianus Franciscus Zambaitus, filius quondam Simonis, natus dei 18 iunii anno 1700, presbyter ab anno 1726, parochus Alae ab anno 1750 usque ad annum 1755 dein Consistorii ecclesiastici auditor, et monialium Ursularum confessarius usque ad obitum. Studuit Tridenti, et Salisburgi. Vide nostrum Parochiale verbo *Alani*.

43. Anno 1787 die 23 maii ibidem obiit presbyter Bernardinus Laurentius Zambaitus, Valentini frater, natus die 2 septembris anno 1701. Fuit iuris utriusque doctor, et sacrorum canonum professor in patria, necnon ab anno 1738 usque ad annum 1750 Pro-Vicarius in spiritualibus generalis Tridenti. De eo dixi in catalogo Vicariorum generalium cap. 70. In collectanea inscript. et alibi.

43bis. Anno 1790, et 1791 Franciscus Albanus Zambaitus de Vezzanburg, notarius imperialis, ac filius Ioannis Albani, fuit cancellarius civitatis Tridenti. Nunc a die 16 februarii 1793 est cancellarius massarialis Praeturae tridentinae. Fuit notarius etiam anno 1785. Uxorem habuit infoecundam anonymam filiam unicam quondam domini Francisci Antonii Luceani tridentini, Prioris hospitalis italici Domus Dei Tridenti, defuncti anno 1769.

44. Anno isto 1805 vivit presbyter Aloysius Zambaitus frater praecedentis Francisci Albani, ortus anno circiter 1768 qui fuit Clericus Regularis Somascenus Tridenti ad s. Magdalenam usque ad annum 1803 quo inibi ab imperatore Francisco secundo suppressi fuerunt Religiosi Somasceni sancti Hieronymi Aemiliani. Idem Aloysius primam suam Missam celebravit Genuae kalendis novembris anno 1794. Praedicavit Tridenti, et alibi pluries, etiam per Quagesimam.

45. Anno 1805 vivit Tridenti eiusdem Aloysii soror Iulia uxor foecunda domini Norberti Heyderi. Eam duxit die 30 octobris 1787 in domo post coenam.

46. Anno 1805 vivit Paduae dominus Laurentius Zambaitus filius quondam Rochi, qui anno 1794 fuit unus ex septem consulibus tridentinae civitatis. Suae infirmitatis causa fuit etiam in Fulgaria, et Veronae. Anonyma eius uxor, filia quondam nobilis domini Sigismundi Sittii de Noris, infoecunda, obiit Arci anno 1804, ethica.

47. Anno 1805 Ripae vivit ill.ma domina Albina filia quondam Francisci Zambaiti, et vidua relicta quondam ill.mi domini Antonii Florii ab anno 1790 baronis de sancto Cassiano, et Ripae defuncti anno 1803.

48. Anno 1805 vivit Simon Albanus Zambaitus de Vezzanburg, filius quondam Rochi, natus Tridenti die nona iulii anno 1744, canonicus ecclesiae cathedralis tridentinae a die nona iulii an. 1773, Vicariusque in spiritualibus generalis Tridenti a die 24 septembris 1775, etiam sede vacante semel, et iterum. Studuit Tridenti apud Patres Iesuitas, et Romae in Collegio germanico, ubi theses publice propugnavit. Ipse se se scribit non *de Vezzanburg*, prout scribunt cancellarii, sed *de Vezzano*.

49. Anno 1805 Fundi in Anaunia superiori vivit Iulia soror dicti canonici Simonis, et uxor domini Ioannis Baptistae Stephanelli de Prenterhoff, et Hochenmaur, iuris utriusque doctoris. Ante annum 1780 nupsit.

50. Anno 1805 Gaudenti in Iudicaria citeriori vivit Teresia praedicti canonici soror altera, et ab anno 1792 uxor Dominici Rigotti de Maraon, et Piounsinahoff, sacri romani imperii equitis.

